



**R. P. Sebastiani Izquierdo Alcarazensis Societ. Iesv Regii
Senatvs S. Inqvisitionis Hispaniarvm Qualificatoris, Et
Olim Complvti Sacræ Theologiæ Professoris. Opvs
Theologicvm, Iuxta atque ...**

Vbi De Essentia Et Attribvtis Divinis Vbertim Disseritvr ...

Izquierdo, Sebastián

Romae, 1664

Tractatvs II. De necessitate Dei in essendo. Deque eius independentià in
essendo ab omni non Deo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76990](#)

TRACTATVS II.

DE NECESSITATE

DEI IN ESSENDО. DE QVE EIVS

independentia in essendo ab omni
non Deo.



Cturus deinceps de attributis Dei in particulati, ab attributo necessitatis Dei in essendo incipio; quod vna sit exprimis passionibus metaphysicis essentia diuinæ. De quo proinde prima erit huius tractatus disputatio. Altera autem de independentia Dei in essendo ab omni non Deo; quæ eiusmodi necessitatí immediatè est annexa.



DISPUTATIO III.

De necessitate Dei in essendo.

DE necessitate rerum in uniuersum egimus in Pharo Scient. disput. 11. cuius doctrina pro dicendis hic supponenda, aut etiam, quatenus opus fuerit, recolenda est,

QVÆSTIO I.

Virum Deus sit ens necessarium in essendo. Et qua ratione.

Suppono ex doctrinâ traditâ loco citato, necessitatem cuiusvis subiecti ad quemvis actum in connexione ipsius subiecti cum ipso actu constiter formaliter. Tunc enim subiectum dicitur necessitatum ad actum, quando ita cum actu connexus, ac veluti colligatum est, ut non possit eo carere, seu sine ipso esse. Vnde necessitas subiecti ad actum, connexiove subiecti cum actu impotentiam ad contradictorium actus fert secum annexam. Hinc, esse subiectum necessitatum ad essendum, aliud non est, quam, esse subiectum connexus cum actu essendi. In quod ipsum reddit, esse subiectum, sive ens necessarium in essendo. Et quoniam actus essendi duplex est iuxta dicta in Pharo Scient. disput. 9, quæst. 1, & 2. Alius essentialis, seu substantivus nihilo differens ab identitate, qua vnumquodque dicitur esse quidpiam; idque vel esse entiale sibi, vel accidentale, latè hoc vocabulo usurpat. Alius existentialis, & adiectivus nihilo differens ab existentiâ, qua vnumquodque dicitur esse, existere ve in naturâ rerum: bifariam potest dici subiectum, seu ens necessitatum ad essendum, seu necessarium in essendo. Primo in essendo quidpiam aut existentiale ipsi, aut accidentale. Secundo in essendo in naturâ rerum, sive inexistendo. Igitur, quod in praesenti querimus, est, an Deus utroque mo-

do sit necessarius in essendo, necessitatus ve ad essendum.

Propositio 1.

Deus ad essendum id, quod essentialiter est, omnino est necessitatus, atque adeo necessarius omnino in essendo id ipsum.

Est certissimum. Quia necessitas ista omnibus omnino entibus communis est. Ergo non potest non ea reperiri in omnium primo, & postissimo ente, scilicet Deo. Quod autem vnumquodque ens si necessitatum omnino in essendum id, quod essentialiter est, ex terminis est manifestissimum. Nam, cum sit unicuique enti omnino necessaria sua essentia; quia nihil unicuique enti est magis necessarium, quam ipsummet sibi, ut est porrissimum: omnino impossibile est, ut aliquod ens sine sua essentia, atque adeo sine se ipso sit; omninoque proinde cum sua essentia, atque adeo secum ipso est connexum. Quod ipsum est, vnumquodque ens necessitatum omnino esse ad essendum id, quod essentialiter est; atque adeo necessarium omnino esse in essendo id ipsum. Ob id propositiones prædiantes de quouis ente aut integrum ipsius essentiam, aut partem eiusdem, (qua omnes propterea de prædicato essentiali subiecto sunt iuxta dicta in Pharo Scient. loco citato, atque etiam disput. 17. quæst. 7.), aeternæ, & prorsus necessariæ veritatis dicuntur: quia prorsus impossibile est, ut non conueniat cuius enti tota eius essentia cum omnibus partibus suis.

Est autem impossibile, ut non conueniat cuiusvis enti tota eius essentia cum omnibus partibus suis dumtaxat intra statum quiditativum, ab existentiâ præsidentem, & eis necessarium: non item intra statum existentiale, qui omnibus entibus creatis contingens est; contingentes subinde eis prout consideratis intra ipsum, cuncta conuenient iuxta doctrinam traditam, etiam in Pharo de huiusmodi entium statibus disput. 10. quæst. 1. In quo à ceteris omnibus entibus discriminatur Deus; cui etiam intra statum existentiale conuenit necessariò esse id, quod essentialiter est: eo quod & ipse status existentialis

Disp. III. De necessitate Dei in essendo. Quæst. I. 83

Et ipso omnino necessarius, ut videbimus proposit. 3. In praesenti vero tantum agimus de necessitate, quam Deus habet ostendi id, quod est essentialiter intra statum quiditatum præscindenter ab existentia. Quæ necessitas communis est ceteris entibus; tametsi in Deo sit infinitè maior, quam in illis, iuxta dicenda quæst. 2. Vnde necessitas in essendo, de qua in praesenti propositione, non tam proprietas Dei est, quam passio communis.

Propositio 2.

Etiam est Deus necessitatus ad essendum id, quod accidentaliter, (latè accepto hoc vocabulo), sive attributaliter est, quando illud ita est ei necessarium, ut passio essentia ipsius seu propria, seu communis dicendum veniat iuxta vniuersalem doctrinam de passionibus essentiarum traditam in Pharo Scient. disput. 17. quæst. 18.

Quia cum huiusmodi passionibus attributis, sive attributis necessariis, & consequenter etiam cum actibus essendi illa necessariam connectionem habet essentia metaphysica Dei (quemadmodum & ceteræ essentia metaphysica cum suis passionibus) intra statum quiditatum ab existentia præscindenter, de quo etiam nunc sermo est. Quidquid sit de necessitate, quæ essentia Dei, præ ceteris omnibus, intra statum etiam existentiale conuenient suæ passiones iuxta dicenda propositione 3. Itaque omnino necessitatus est Deus ad essendum intellectus, volitus, omnipotens, æternus, immensus, bonus, iustus, & cetera predicata, sive attributa essentia ipsius metaphysice, omninoque necessariò annexa. Quorum alia, ut esse omnipotentem, æternum, immensem, infinitum, &c. passiones propriæ ipsius essentia Dei sunt. Alia vero, ut esse intellectuum, volitum, bonum, iustum, &c. passiones communes etiam alijs essentijs iuxta doctrinam datam in Pharo Scient. disput. 17. quæst. 7. & 18. Quæ omnia tum ex ipsis terminis sunt manifesta; tum ex dictis insuper in eadem Pharo Scient. disput. 10. de prædicatis cuius essentia necessarijs intra statum quiditatum satis superque constant.

Est tamen aduertendum, attributorum Dei quædam esse necessaria ipsi absolute, ut esse bonum, infinitum, omnipotentem, æternum &c. Quædam vero ex suppositione extrinsecā contingente, quæ proinde absolute sunt contingentia, ut esse scientem veritates contingentes, esse dominum creaturarum, & alia huiusmodi. Eorum autem, quæ absolute sunt necessaria, ad quæ subinde Deus absolute necessitatus est, aliqua sunt, quæ neque inuoluunt, neque supponunt quidpiam Deo extrinsecum, ut esse bonum, esse intellectuum, & similia. Alia sunt, quæ vel inuoluunt aliquid extrinsecum, ut esse omnipotentem, (in quo conceptu inuoluitur possiblitas necessaria, & Deo extrinsecā creaturarum iuxta dicenda disp. 4.) vel supponunt aliquid extrinsecum, ut esse scientem ipsas creaturas possibiles quatenus tales: (qui conceptus eamdem ipsarum possibilitatem supponit iuxta dicenda ibidem). Inter quæ attributa Deo absolute necessaria illud inter est, quod, quæ prioris generis sunt, & qua-

lem cum essentia diuinâ, seu potius cùndem ipsius necessitatem habent re ipsa. Quæverò sunt generis posterioris, non habent maiorem necessitatem, neque aliam ab ea, quam habet illud extrinsecum, quod vel inuoluunt, vel supponunt, iuxta dicenda infra quæst. 2. Quippe necessitas priorum omnino est intrinseca Deo, realiterque cum eius essentia identificata. Necessitas vero posteriorum aut est Deo semiextrinseca, vel extrinseca, atque adeò ab eius essentia distincta realiter; aut in denominatione consistit pendente ab extrinseco, atque adeò non magis necessarià in suo esse, quam tale extrinsecum, iuxta dicenda loco citato.

Propositio 3.

Deus omnino est necessitatus ad existendum; atque adeò in essendo existentia littere omnino necessarius est.

Hoc est proprium Dei attributum, nullatenus vlli alij enti conueniens. Quia cætera cuncta, præter Deum, contingenter existunt; atque adeò possunt non existere, ut alibi suo loco ostendetur: solus Deus nullatenus potest non existere; atque adeò omnino est necessitatus, seu necessarius in existendo. Id quod ex eo venit demonstrandum: quia Deus, cum sit causa prima à nullo alio tanquam à causâ, atque adeò participi- tuè accipit suam existentiam, uti accipiunt cætera entia, sed à se ipso, atque adeò essentialiter, seu per essentiam habet illam, prout supra disp. 1. quæst. 7. & 13. monstratum est. Hinc autem evidenter inferitur, Deum nullatenus habere potentiam ad non existendum, atque adeò omnino ad existendum necessitatum esse in eâ duratione in qua existit. Quia, si Deus potentiam haberet ad non existendum in eâ duratione, in qua existit, cum habeat etiam potentiam ad existendum, indifferens esset eius essentia ad existendum, & non existendum in tali duratione; atque ita non magis haberet à se, & per essentiam existere, quā non existere; causāque subinde indigeret sibi determinante, atque adeò conferente existentiam, ut illam potius, quam non existentiam, haberet, contra suppositionem factam, & demonstratam locis citatis. Deus igitur, dum existit, impotens est ad non existendum; atque adeò necessitatus ad existendum. Quod erat demonstrandum.

Quomodo autem Deus ab æterno, & in æternum, atque adeò in omni duratione, sive mensurâ temporis sibi extrinsecâ absque vlla potentiâ ad non existendum, atque adeò omnino necessariò existat, inferitis disp. 9. demonstrandum est.

Hinc fit, ut, quidquid Deus est necessariò intra statum quiditatum præscindenter ab existentia, id ipsum etiam sit necessariò intra statum existentiale formaliter prout existens in illo. In quo Deus differt ab entibus, quæ existunt contingenter; quibus intra statum existentiale, prout existentibasque formaliter contingenter conuenient cuncta, quæ alijs ipsis sunt necessaria intra statum quiditatum: quatenus contingens illis est, esse ea, sive cum eis identificari, sive ea secum identificata habere in statu existentia hoc ipso, quod talis status ipsis contingens est.

Ex quibus omnibus apparet, quomodo ac-

L 2 cef.

cessitas Dei ad essendum, quidquid est infra statum quiditatuum, (qua necessitas Dei quidatua, loquendo vniuersè, dici potest iuxta dicta in Pharo Scient. disp. 10. quæst. 1. de prædicatis necessariis intra huiusmodi statum), & necessitas Dei ad essendum in rerum natura, sive ad existendum, (qua necessitas existentialis venit dicenda), certitudine planè demonstrativa certissima sit. De quo nemo haçenus dubitauit, semel supposita quiditate, & existentia Dei à se.

QUÆSTIO II.

Vtrum necessitas in essendo omnino intrinseca Deo, sive cum ipso identificata realiter tam quiditatua, quam existentialis omni alia necessitate extrinseca, distinctaque à Deo realiter maior sit. Et quanto maior.

Illacentiores aliqui, qui opinantur, necessitatem metaphysicam ex genere eorum conceptuum objeciorum esse, qui non lucipiunt magis, & minus, consequenter affirmant, Deum in suâ existentiâ non magis necessarium esse, quam sunt creature possibles in suâ possibilite. Id quod etiam consequenter tenere debent omnes Doctores disput. 4. quæst. 2. referendi pro sententiâ statuente in Deo connexionem cum creaturis possibilibus eo ipso, quod assertunt, fore, ut Deus desineret existens esse casu, quod aliqua creatura desineret esse possibilis. De factoque multi eorum tenent, ut ibi videbimus. Nos vero, qui in Pharo Scient. disp. 11. quæst. 4. contra Auctores dictos statuimus, non solum necessitatem moralē, & physicā, (de quibus dubitare non licet), sed etiam necessitatem metaphysicam ex genere eorum conceptuum esse, qui suscipiunt magis, & minus; atque ita vnam necessitatem metaphysicam sive esse maiorem alia; scilicet, quoties una connexio metaphysica, in qua illa consistit, strictior, & firmior alia est, ut evenit sive; consequenter assertimus.

Propositio I.

Illacentiores aliqui, qui opinantur, Deus habet in essendo tum quiditatue, tum existentialiter, infinitè maior est necessitate, quam habent cætera cuncta in essendo quiditatue, aut etiam in essendo existentialiter ex hypothesi, quod existant.

Probatur propositio primo. Quia, ut dicebamus loco citato, necessitas in essendo tum quiditatue, tum existentialiter perfectio quædam, entium est; quibus hoc ipso, quod est bonum, habere esse, nequit non etiam bonum esse, habere illud necessario, ut est notum. Vnde penes maiorem, aut minorem perfectionem eorum, maior, aut minor eorumdem necessitas in habendo esse taxand. est. Consequens enim est, ut quod perfectius esse unum quodque ens habet, eò perfectiori modo, atque adeo magis necessariò illud habeat. Cùmque Deus ens sit infinitè perfectius, atque adeo infinitè perfectius esse habens tum quiditatuum, tum existentialie, quam cæ-

ra cuncta. Conficitur, necessitate in, quam Deus habet in essendo tum quiditatue, tum existentialiter, infinitè maiorem esse necessitatem, quam habent cætera cuncta in essendo quiditatue, aut etiam existentialiter ex hypothesi, quod existant,

Secundò probatur propositio. Quia eo ipso quod esse est perfectio, nequit non esse etiam perfectio necessitas essendi, ut est notum. Manifestè enim est bonum, non posse amittere bonum possidendum, longèque melius, quam posse illud amittere, periculumque habere propterea illud perdendi: sicut bonum est, possidere bonum, longèque melius, quam eo carere; de quo plura suo loco. Cùmque omnis perfectio intrinseca Deo intra proprium genus adeo sit infinita, ut infinitè supererit omnem perfectionem eiusdem generis realiter distinctam à Deo, ut apparebit ex dicendis inferius disp. 14. & 16. necessariò consequitur, necessitatem Dei in essendo infinitè maiorem esse qualibet alia necessitate in essendo realiter distincta à Deo. Et quidem, semel posito, quod etiam necessitas metaphysica ex genere eorum, predicatorum sit, que suscipiunt magis, & minus, ut loco citato Pharo probauimus; ex lege appareat evidens, Deum magis necessarium esse in essendo necessitate metaphysica, quam quodlibet aliud. Quis enim dubitet, ens primum omnimodis habens esse à se, strictius, & firmius sibi annexere tale esse, strictiorique iure sibi illud exigere, & vendicare, efficaciorque, & validiore vi illius negationem, à se propellere, & repudiare; atque ita magis necessarium esse in essendo, quam quodlibet aliud ens secundum cum aliqua dependetia à primo habens esse? Quod si Deus in viorem haberet necessitatem in essendo, quam quodlibet aliud, confessim sequitur, excepsum hunc esse infinitum. Quia omnis excessus perfectionis, quo primum ens excedit secundum, infinitus est, prout videbimus disp. 14. & 16. citatis: & necessitas in essendo, ut diximus, perfectio quædam est manifeste.

Tertiò probatur. Quia tantum habet necessitatem aut quiditas, aut existentia cuiusvis entis, quantum habet impossibilitatis contradictorium eius iuxta proposit. 14. statutam in Pharo Scient. disp. 11. quæst. 5. Sed contradictorium tum quiditatis, tum existentia Dei infinitè est impossibilis contradictorio aut quiditatis, aut etiam existentia cuiusvis alterius entis. Ergo tam quiditas, quam existentia Dei infinitè magis est necessaria, quam quiditas cuiusvis alterius entis, aut etiam existentia eius ex hypothesi, quod existat. Major ex terminis, & ex propositione citata latius est nota. Et consequentia legitima. Minor autem probatur. Quia ex contradictorio quiditatis, aut existentia Dei infinitè plures chymæ impossibilis sequentur, quam ex contradictorio quiditatis, aut existentia cuiuslibet entis distincti à Deo. Quandoquidem si Deus non esset id, quod quiditatue est, & consequenter non existet, cætera cuncta tam, quæ possibilia modo sunt, quam, quæ impossibilia, chymæ impossibilis essent; quia si Deus deficeret, nullum omnino ens manerer possibile; cum tamen, deficiente quiditate, atque adeo etiam existentia cuiuslibet alterius entis, adhuc manerent possibilia infinita alia entia, quæ modo independenter ab illo possibilia sunt. Illud autem iure censetur infinitè impossibilis, quod secum fert infinitè plures chymæ impossibilis: & consequenter infinitè ma-

Disp. III. De necessitate Dei in essendo. Quæst. II. 85

gis necessarium contradictorium eius. Conclu-
ditur igitur, Deum, cuius contradicitorum fert
secum infinitè plures chymaras impossibilis.
quām contradicitorum cuiusvis aliū entis, in-
finitē magis necessarium esse, quām quodvis
aliud ens.

Propositio 2.

¹⁵ Necessitas, quam Deus habet ad es-
sendum quodvis attributum entitatiē à se
indistinctum realiter quatenus tale, infinitē
maior est qualibet aliā necessitate rea-
liter distincā ab ipso.

Hæc propositio in precedente includitur.
Quia necessitas, de qua agit, necessitas quādam
est intrinseca Deo in essendo quiditatē, de-
qua ibi vniuersā. Vnde neque alia, neque maiore
indiget probatione. Quod autem contra vram
que propositionem ex Aduersariis potest oppo-
ni, ex dictis loco citato Pharo Scient, manet di-
latum.

¹⁶ Ex vtrāque autem infertur primò id, quod
iam dictum est supra num. 6. attributa intrinseca
Deo entitatiē sumpta, qua ratione ab omni
extrinseco independens sunt, infinitē magis
necessaria esse, quām semiextrinseca, & extrinse-
ca. Atque adeō inter prædicata Dei necessaria,
qua eo ipso passiones essentiae divina seu pro-
pria, seu communes dicuntur, quādam, nempe
adquātē intrinseca, infinitē magis necessaria
esse, quām alia, nimur semiextrinseca, & ex-
trinseca. Vnde consequenter sit, essentiam diu-
nam cū solis suis intrinsecis passionibus quoad
entitatē sumptis esse connexam absolutē, & in-
trinsecā: cum semiextrinsec's verò, & extrinse-
cis ex suppositione dumtaxat illius extrinseca ve-
ritatis, per quam complentur, sive constituantur;
atque adeo aut semiextrinseca, aut extrinse-
ca iuxta vniuersalem doctrinam de vtrīusque
generis passionibus essentiarum traditam in Pha-
ro Scient. disput. 17. quæst. 18. & disput. 22. quæst. 2.
De quo iterum redibit sermo infra disput. 4.
quæst. 2.

¹⁷ Secundò infertur, necessitatem, quam ha-
bent intra statum quiditatū tam conditiona-
tum, quam absolutum, & intra statum existen-
tiale conditionatum omnes veritates obiecti-
væ indistinctæ à creaturis possibilibus, atque
adeō distinctæ à Deo iuxta doctrinam stabilitam
in Pharo Scient. disput. 10. infinitē minorem esse
necessitate intrinseca, quam Deus habet tum in-
tra status dictos, tum insuper intra existentiale
absolutum iuxta dicta ibidem. Quoniam de
huiusmodi imprimis veritatibus est sermo in pro-
positionibus statutis.

¹⁸ Tertiò infertur, idem dicendum esse po-
tiori iure de necessitate, quam habent intra eos-
dem status, excepto existentiali absoluto, om-
nes veritates obiectiæ indistinctæ à chymarīs
impossibilibus, atque adeō distinctæ à Deo
iuxta doctrinam etiam statutam loco citato: nam
titulus impossibilitatis longè imperfectus es-
tum quiditatuum aut absolutum, aut condi-
tionatum, tum existentiale conditionatum ha-
bent chymaræ, quām creature possibles, prout
explicabimus inferius disput. 16. Ergo longè
minorem necessitatem in eo esse habere censem-
dant iuxta rationes supra factas pro priore propo-
sitione.

Dices contra hanc illationem. Etiam si ¹⁹
chymaræ ab intrinseco minorem necessitatem
habcant, quām entia possibilia; à necessitate
tamen eorum entium possibilium, quibus oppo-
nuntur, & à quorum oppositione suam impos-
sibilitatem fortuntur iuxta doctrinam datam in
Pharo Scient. disput. 11. quæst. 2. & 5. à quæ necel-
sariæ illas euadere quoad suam impossibilita-
tem, ac sunt talia entia quoad suum esse. Vn-
de chymaræ opposita Deo infinitē necessaria euad-
ent in suā impossibilitate ab infinitā necessitate
Dei. Etenim, quām necessarium est impedimen-
tum oppositum existentia, atque adeō & possibi-
litas chymaræ, tam necessaria erit huius non
existentia, atque adeō & impossibilitas existen-
ti; siquidem pro solo casu ablationis talis impe-
dimenti potest excogitari chymara potens exi-
stere. Sic, quām necessarij verus Deus existit,
tam necessarij videtur non existere, atque adeō
& esse impossibilis alter Deus chymaricus hoc
ipso, quod verus Deus alteri chymarico oppo-
nit quoq; existentiam; impedimentoque subinde
et, quominus ille existat, & possit existere.
Respondeas tamen, chymaræ non maiorem ne-
cessitatem habere ab entibus possibilibus, quibus
oppoquntur, quām habent intrinsecē à se ipsis.
Quia, cū talis oppositio fundetur tam in qui-
ditate chymarum, quām in quiditate talium
entium; eo quod omnis oppositio cuiusvis extre-
morum oppositorum est semiextrinseca, vt pote
includens in suo concepitu reali ambo extrema
opposita, vt demonstratum est in Pharo Scient.
disput. 14. quæst. 3. & 4. non potest ex tali oppo-
sitione prouenire maior necessitas chymaræ,
quām ipsa habet in se; quia necessitas con-
iuncta ex duobus extremitatibus nequit esse maior eā,
quam habet extrellum minus necessiarum; cū
omne totum quoad necessitatem sequatur par-
tem debiliorem hoc ipso, quod sine illa stare
non potest, vt est notissimum. Itaque quanvis
Deus verus in se infinitē necessarius impedimen-
tum sit obsistens, ne alter Deus chymaricus pos-
sit existere: quia tamen in ratione impedimenti
semiextrinseca sibi, vt pote oriundā à quiditate
tum propriā, tum alterius Dei, non est magis
necessarius, quam quiditas ipsa alterius Dei; id-
circo titulo talis impedimenti nequit facere
magis necessariam aut non existentiam, aut im-
possibilitatem ad existendum alterius Dei, quām
ipsius quiditas necessaria est in se se. Pariter
que de alijs chymarīs impossibilibus philosophandum
est.

Quartò infertur, necessitatem, quam ha-
bent quoad suam possibilitem negationes om-
nium creaturarum possibilium, infinitē minorem
esse necessitate intrinseca Dei. Quia possibili-
tas talium negationum nihil est aliud re ipsa à po-
tentia, quam habent ipsæ creature possibles ad
non existendum, que vna est ex veritatibus ob-
iectiæ cum ipsis creaturis identificatis, de qui-
bus in illatione secunda dictum est. Cū enim
negatio creature in se nihil sit: quia nihil ponit
in esse, sed potius auferit esse creature, vt ostendim⁹
in Pharo Scient. disput. 9. quæst. 3., neque in
se habet potentiam aliquam ad essendum, sed à
potentia ipsa, qua creature potest non esse, pos-
sibilis denominatur.

Quinto infertur, necessitatem, quam ha-
bent quoad suam possibilitem negationes chy-
marum impossibilium potiori iure esse infi-
nitē minorem necessitate intrinseca Dei. Quia
pari-

pariter talis possiblitas ipsa est potentia ad non existendum quam secundum identificatam habent ipse chymæra, de qua vna cum alijs veritatibus obicitur ipsarum dictum est illatione tertia.

²² Sexto inferitur, necessitatem, quam habent ad existendum in statu absoluta negationes chymærarum impossibilium, (qua ratione negationes dici possunt existere iuxta doctrinam datam in Pharo Scient. loco nuper citato), infinitè similius esse minorem necessitatem intrinsecam Dei, ut pote eamdem quiditas ipsarum chymærarum. Est enim ipsa necessitas connexionis, quam cum sua non existentia habent ipse chymæra; siquidem, necessarium esse, chymæras non existere, & esse necessitas ipsas chymæras ad non existendum, in idem prorsus recidit, ut ex se patet.

²³ Hinc inferitur septimum, vnam chymæram, negatiuam, scilicet negationem veri Dei, in sua non existentia, in suaque impossibilitate tantam necessitatem habere, imo eamdem, ac ipse Deus. Quia eius non existentia ipse Deus est, & eius impossibilitas aliud non est re ipsa ab impossibilitate, quam Deus habet non existendi; que impossibilitas ipsa est realiter necessitas Dei in existendo concepta à nobis per modum negationis potentia non existendi.

²⁴ Octavo inferitur, necessitatem conditionatam, sive ex suppositione, quam habet qualibet negatio ad suo modo existendum ex hypothesi quod ipsa existat, vel aliud quid eam inferens, sive ea sit negatio creature possibilis, sive chymæra impossibilis infinitè minorem esse necessitate Dei: quia talis necessitas refundatur in necessitatem quiditatis entis negati, quando est necessitas ex hypothosi ipsius negationis, & in necessitatem entis inferentis illam prout talis, quando est necessitas ex hypothesi talis entis. Cuiusque quippe necessitas, quam habet quodvis ens sive ad existendum ex hypothesi, quod existit, sive ad non existendum ex hypothesi, quod non existit, alia non est à necessitate, quam tale ens habet ad existendum id, quod de suo quiditatue est. Quandoquidem, si ex suppositione, quod ens existit, non existenter, aut ex suppositione, quod non existit, existenter, distinguetur à se ipso, & non esset id, quod de suo quiditatue est contra necessitatem, quam habet, sive quiditatis. Et omnis necessitas, quam habet negatio ex suppositione alterius entis inferentis illam, ut pote oriunda ab oppositione talis entis cum ente negato, ad necessitatem etiam qui datum ambotum, in quibus ipsorum oppositio re ipsa consistit, venit tandem pariter reducenda, consentaneè ad doctrinam traditam in Pharo Scient. disput. 14. quæst. 4. proposit. 3. de connexione semientrinfeca, media qua quodvis ex extremis oppositis infer negationem alterius.

²⁵ Nono inferitur, necessitatem, quam habet quodvis disiunctum distinctum adæquate à Deo extremonum circa medium oppositorum, (qualia sunt omnia contradictoria, & aliqua contraria iuxta dicta in Pharo Scient. disput. 14. quæst. 3.), infinitè minorem esse necessitate Dei. Quia necessitas huiusmodi disiunctorum ex duabus conditionatis coalescit, quibus necessitas est adesse hoc extremoni disiuncti, si deest illud; & illud adesse, si deest hoc iuxta doctrinam datam etiam in Pharo Scient. disput. 10. quæst. 3, atque adeò de illa per inde, ac de veritatibus conditionatis, sive ex hypothesi venit phyllophan-

dum iuxta iam dicta. Loquor autem in hac illatione de disiunctis distinctis adæquate à Deo: quia necessitas disiuncti ex Deo, & suæ negatione non est minor necessitate Dei; cùm sit eadem quiditas eius; ut facile ex dictis hancenam quisque potest colligere.

DISPUTATIO IV.

De independentia Dei in essendo ab omni non Deo.

Bifariam potest excogitari aliquod ens in dependens in suo esse ab alio quopiam. Primo tanquam à causâ, aut conditione causandi. Secundo tanquam à termino connexionis. De utrâque ergo ista independencia Dei in essendo ab omni non Deo, sive ab omni alio distincto ab ipso agendum nobis est in presenti disput.

QVAESTIO I.

Vtrum Deus sit independentis in essendo ab omni non Deo, sive ab omni alio distincto à se tanquam à causa, aut conditione causandi.

Quinque genera causarum recensentur communiter. Efficientis scilicet, finalis, exemplaris, formalis, & materialis. Causa efficientis est quæ insuit esse in aliud, sive quæ dat esse rei, ipsam ve rem efficit, seu facit. Causa finalis est id, cuius gratia efficientis operatur, sive propter quod efficientis facit, quod facit. Causa exemplaris est id, ad cuius normam operatur efficientis. Causa formalis est, quæ constituit intrinsecum ut pars determinans eius essentiam. Causa denique materialis est; quæ recipit, sive sustentat actionem, formamque per ipsam effectam ab efficienti; quo titulo causa receptiva, seu subiectua venit dicenda; & comprehendit tanquam pars determinabilis ad talem ipsius essentiam componendam per talem formam; quo titulo causa materialis constitutiva appellanda venit. Condicio autem causandi in uniuersum est id, quod quilibet ex causis predictis adiuniat ad causandum, sive applicando, sive disponendo, sive aliter quoquo modo. De quibus omnibus suo loco latius tractandum est.

Ex illis modò infertur primò, omnem dependentiam, atque adeò etiam omnem independentiam ab alio tanquam à causa, aut à conditione causandi, necessariò esse dependentiam, aut independentiam ab alio tanquam à causa aut efficiente, aut finali, aut exemplari, aut formalis, aut materiali, aut tanquam ab aliquo earum iuamine, aut tanquam ab aliquo complexe ex hisce omnibus possibili,

bili, omni eorum combinatione facta.
 Secundò infertur, causam finalē, exemplarem, & receptiūm, seu subiectiūm efficiētia-
 liter indigere ad causandum consoritio causa-
 ficiētis, ut ex eorum definitionib⁹ datis con-
 stat; (quidquid sit de causis materiali, & for-
 mali præcisē quatenus intrinsecē constituentibus
 rem: si tamen ut sic inter causas rei propriè di-
 gas sint numerandas; quod est dubium). Vnde
 sit, ut omne dependens in suo esse à causā finali,
 aut ab exemplari, aut à subiectiā necessariō
 sit etiam dependens à causā efficiēte. Et è con-
 versō, omne independens à causā efficiēte ne-
 cessariō sit etiam independens à causā finali,
 exemplari, & subiectiā; (quidquid sit de de-
 pendentē, & independentē à causis materiali, &
 formali præcisē ut à partibus intrinsecē consti-
 tuentibus). Et quoniam omnis conditio, causan-
 di ad præstantum suum iuamē, sive concur-
 sum necessariō eget causalitate, seu causatione
 causa, quam iuuat, sive cum qua concurrit, ut
 etiam ex eius definitione datā constat. Confe-
 quitur planē, nullam conditionem se habentem
 ex parte causa, aut efficiētis, aut finalis, aut
 exemplari, aut subiectiūz absque influxu causa-
 ficiētis quidpiam iuamini, sive concursus
 ad quidpiam causandum præstare posse. Ex quo
 rursus sit, ut omne dependens in suo esse ab ali-
 quo tanquam à conditione se habente ex parte
 cuiusvis dictarum causarum necessariō sit etiam
 dependens à causā efficiēte. Et è conver-
 sō, omne independens à causā efficiēte ab
 omni quoque conditione se habente ex parte
 dictarum causatum necessariō independens sit;
 (quidquid sit de dependentē, & independentē,
 à conditione se habente ex parte materia, & for-
 malē quatenus partibus componentibus rem; si
 huiusmodi conditio excoigitabilis est). His
 possitis sit.

Propositio 1.

⁶ Deus in essendo existentialiter, sive in
 suo esse existentiali ab omni non Deo, sive
 ab omni alio distinto à se est independens
 tanquam à causā efficiēte.

Hanc propositionem statuant, demonstrant-
 que omnia fundamenta tum fidei, tum rationis
 naturalis, quibus supra disp. I. quæst. 2.7. & 13.
 statutum est, & demonstratum, Deum ut causam
 omnium omnino efficientium primam à se ipso,
 perque suam essentiam, atque adeo nullatenus ab
 alio quopiam tanquam à causā efficiēte participi-
 patum, habere esse existentialē, quo necessariō exi-
 stit in rerum natura.

⁷ Ex quo manifestè consequitur iuxta dicta
 n. præced. Deum in essendo existentialiter etiam
 esse independentem ab omni alio tanquam à cau-
 sā aut finali, aut exemplari, aut subiectiā,
 aut tanquam à conditione causandi ex parte ha-
 rum, aut efficiētis se habente. Itaque vtrumque
 per iam scripta locis citatis est prorūs cer-
 tum secundū fidem, & cvidens secundū ra-
 tionem.

⁸ Sed confirmari modò nihilominus inde po-
 test: quia Deus infinitē magis est necessarijus in-
 essendo, quam quodus aliud ens distinctum ab
 ipso, uti disp. 3. quæst. 2. statutum est. Repugnat
 que planē, ut ens magis necessarium in essendo à
 minus necessario causetur. Cū enim sit planē

impossibile, quod aliquod ens sit magis necessarij in causando, quam in essendo; eo quod cau-
 sare nullatenus, in nullaque hypothesi stare potest
 sine esse caualantis, vt constat; si ens magis nec-
 essarium in essendo à minus necessario caufaretur,
 cum maiore necessitate haberet illud ab hoc esse ac-
 ceptum, quam hoc illi daret. Quod est manifeste
 chymericum: quia acceptio cuiuspiam non potest
 esse magis necessaria, quam datio eiusdem, ut est
 notissimum.

Propositio 2.

Deus in essendo quiditativer, sive in
 suo esse quiditativo ab omni non Deo est
 independens tanquam à causā aut efficiē-
 te, aut finali, aut exemplari, aut subiecti-
 uā, aut tanquam à conditione causandi ex
 parte harum se habente.

Est clarum. Quia cum esse existentiale Dei
 dependeat ab eiusdem esse quiditativo; eo quod
 nullum ens potest existere sine sua essentiā, ut est
 notissimum; si Deus in suo esse quiditativo depen-
 deret ab aliquo non Deo tanquam ab aliquo ex
 prædictis causis, & conditione; ab eodem de-
 penderet pariter in suo esse existentiali contra-
 propost. I.

Et confirmari potest. Quia quoad esse qui-
 ditatiuum spectans præcisē ad statum quidita-
 tiuum qua talem ne cetera quidem entia depen-
 dent ab aliquo tanquam ab aliqua ex prædictis
 causis, & conditione, ut constat ex doctrinā de
 statibus rerum traditā in Pharo Scient. disp. 10.
 Ergo multo minus Deus ab alio quopiam tan-
 quam ab aliqua ex prædictis causis, & conditio-
 nem dependebit quoad tale esse, vtpote quod in
 ipso infinitē magis est necessarium, quam in ceteris
 entibus iuxta doctrinam stabilitam disp. 3.
 quæst. 2.

Propositio 3.

Deus in essendo tam quiditativer,¹¹
 quam existentialiter ab omni non Deo est
 independens tanquam à parte se compo-
 nente aut materiali, aut formalī, aut tan-
 quam à conditione ad eiusmodi compositio-
 nem iuuantē.

Probatio huius propositionis usque ad disp.
 11. expectanda est, & inde sumenda. Vbi ostendemus, Deum simplicissimum esse; atque adeo
 ab omni omnino compositione ex alij tan-
 quam ex partibus expertem esse penitus, & im-
 munem.

Modò ex dictis in tota hac quæst. concludi-
 tur, Deum in suo esse tam existentiali, quam
 quiditativo omnino esse independentem ab omni
 non Deo, sive ab omni alio realiter à se disticto
 tanquam à causā, & tanquam à conditione cau-
 sandi cuiuslibet generis. Superest ergo
 examinandum an ab aliquo alio à se
 disticto tanquam à termino con-
 nexione dependens sit. Quod
 præstabimus quæsti-
 onē sequen-
 ti.

QVÆ.

QVAESTIO II.

Vtrum Deus in suo esse cum alio quopiam à se realiter distincto connexus sit, ad illud vel relatus aliquo modo. Atque ita ab alio quopiam à se distincto in essendo dependens sit tanquam à termino connexionis?

12 Pro ex acta resolutione huius questionis generatim est supponenda tota doctrina de relatione, & connexione, atque etiam oppositione entium tradita in Pharo Scient. disp. 14. Speciam autem suppono primum exhibi dictis, omnem relationem ex suo conceptu formaliter acutam quemdam esse, quo subiectum referunt ad terminum. Quia quidem triplex est, Intrinsica, quia à parte rei adequate est idem cum subiecto per eam relato. Extrinsica, quia adequate distincta est à tali subiecto re ipsa. Et semixtrinsica, quia partim est identificata, & partim distincta realiter à subiecto ipso; eo quod in suo reali conceptu & subiectum, & aliud, aut alia includit fundamenta. De quo videnda etiam plura dicta supra disp. 2, quest. 5.

13 Suppono secundò, connexionem relationem quamdam intrinsicam esse, qua subiectum ita est cum termino colligatum re ipsa, ut sine illo esse non possit. Vnde relatio intrinsicā alia est connexionis; quia sine termino esse non potest, ut quam creature habent ad Deum. Alia est non-connexionis; quia sine termino esse potest, ut quam habet ad suum obiectum cognitionis falsa. Relatio autem omnis intrinsicā transcendentalis ab Auctoribus dici solet communiter. Porro connexionis alia est metaphysica; quia nullā omnino potentia potest sive suō termino esse, adeo, ut contradictionem implicet, esse sine illo. Alia est physica; quia naturaliter solum, & circa miraculum non potest esse sine termino, bene tamen miraculose. Alia est moralis; quia moraliter tantum nequit sine termino esse, bene tamen metaphysica, & physica. In praesenti autem quest. solum est sermo de connectione metaphysicā Dei cum aliquo ab ipso distincto. Videatur hanc omnia, & alia plura latius exposita disp. illa 14. Pharo Scient.

14 Suppono tertio ut prorsus certum, Deum səpissime denominari relatum tum semixtrinsicē, tum extrinsicē ad terminos à se distinctos. Atque ita multas ipsi relationes semixtrinsicas, & extrinsicas ad tales terminos conuenire reuerā, ut esse dissimilem, aut inæqualem, aut coexistentem creaturā, esse dominūm creaturarū, esse creatorem, gubernatorem Mundi &c. iuxta ea, quae dicebamus supra disp. 2, quest. 5. de attributis Dei relativis. Questio ergo praesens solum est, an Deus relatione aliqua sibi prorsus intrinsicā seu connexionis, seu etiam non connexionis ad aliquid à se distinctum entitatē referatur.

15 Suppono quartio etiam ut prorsus certum, Deum cum nullo termino contingente esse connectionem in essendo. Quia est in essendo necessarius, ut disp. 3, quest. 1. statum est: & ens in essendo necessarium nequit cum termino contingente, atque adeo potenter desicere connecti. Quia titulo necessarij in essendo non potest non esse, & titulo conexi cum termino contingente,

potest ad defecum eius deficere. Quia sunt contradictionia. Est ergo quæstio duntaxat de connectione Dei cum aliquo termino à se distincto, & in suo esse necessario; cuiusmodi sunt creaturae possibiles quoad suum esse possibile, & chymera impossibilis quoad suum esse impossibile, & uenustus omnes veritates necessariæ, quæ utriusque conuenient reverā intra statum quiditatiuum, aut etiam existentialē conditionatum, & distinctionum, iuxta doctrinam vniuersalem datam à nobis in Pharo Scient. disp. 10. nec non negationes necessariæ remouentes ab statu existentiali absoluто chymeras impossibilis iuxta dicta in ipsa Pharo disp. 9. quest. 5. ¶

Suppono quintò, plerosque Theologos solūm tractare, quod ad rem attinet, de connectione omnipotentia diuinæ cum creaturis possibilibus. Nonnullos vero etiam de connectione scientia diuina cum eisdem. Ex quibus aliqui aliquid etiam tangunt de relatione non connectionis. Ego vero paulò vniuersalius procedam, determinatā tamen imprimis controversiā comuni,

In qua prima sententia est eorum, qui consentiunt, Deum cum creaturis possibilibus ita esse entitatē connectionem, ut si vel minima creatura possibilis impossibilis redderetur, Deus non potest non per locum intrinsicum deficere, & reddit impossibilis. Ita Soar. lib. 2. de Atrib. cap. 25. n. 40. & cap. 26. an. 14. & lib. 3. cap. 9. n. 12. & lib. 9. de Trinit. cap. 6. à n. 17. Fasol. 1. p. quest. 12. art. 8. dub. 9. fine, & dub. 12. n. 68. & dub. 14. n. 84 & 85. & quest. 14. art. 7. dub. 3. n. 41. Zuniga disp. 9. de Trinit. dub. 6. Arriag. in Physic. disp. 7. sect. 2. n. 20. Carlton. in Physica disp. 6. per totam. Granad. 1. p. controu. 2. de Scient. tract. 6. disp. 1. & controu. 5. de Trinit. tract. 9. disp. 6. Machin. disp. 24. sect. 3. Pius quest. 25. art. 3. dub. 4. Ioann. à S. Thom. 1. p. quest. 12. art. 3. Albelda disp. 31. sect. 1. n. 14. & disp. 37. sect. 3. Nazar. quest. 34. controu. 1. in 4. eius p. Marciatus de Deo disp. 18. sect. 2. Martinon. disp. 8. de Deo sect. 5. & disp. 10. sect. 3. Franciscus Amicus 1. p. disp. 9. sect. 2. Franc. de Lug. lib. 1. de Deo uno disp. 23. cap. 2. Ribas tra& de visione disp. 8. cap. 4. Quirros disp. 41. de Deo, & alij. Consentit Herice disp. 5. à n. 43. consentit etiam Tener. 1. p. disp. 4. quest. 4. dub. 3. n. 32. tametsi quest. 3. dub. 1. n. 3. & 6. docuist ex communi, nullam in Deo dari relationem transcendentalē ad creaturas. Quibus addendi sunt acuti quidam Recentiores, qui putant Deum ratione omnipotentiæ cum creaturis possibilibus intrinsicē, & entitatē non esse connectionem: esse tamen ratione scientiæ simplicis intelligentiæ, qua cognoscit illas.

Secunda sententia est afferentium, Deum nullam habere connectionem quoad suam entitatē cum creaturis possibilibus, sed prorsus esse absolute ab illis, adeo, ut licet omnes impossibilis redderetur. Deus nihilominus stabilis, ac prorsus immutatus maneret cum omnibus perfectionibus intrinsicis sibi, quas modo habet. Ita Vazq. 1. par. disput. 104. & 143. Arrub. disput. 26. cap. 4. & disput. 29. cap. 3. & disput. 30. 31. 51. & 99. Gillius 1. par. lib. 2. tract. 10. cap. 6. Beccanus tract. 1. cap. 9. quest. 13. & cap. 5. de Trinit. quest. 5. Turrianus in Opusc. disput. 2. de Trinit. dub. 3. Raynaud. in Thologia natur. dist. 8. quest. 5. artic. 6. Gasp. Hurt. tom. de Incarnat. disput. 8. diffic. 5. num. 13. Petrus Hurt. disput. 15. Metaphys. sect. 9. Albertin. tom. 2. in prædicam

Ad

Disp. IV. De independentia Dei in essendo, &c. Quæst. II. 89

Ad aliquid corol. 2. & 3. Pesantius 1. par. quæst. 28. artic. 2. disput. 3. Basilius Poni. 1. par. Variar. quæst. 8. scholast. cap. 5. Albiz. disput. 5. de Scient. sect. 4. 3. num. 4. Alarc. disput. 2. de Scient. cap. 4. Ouid. controv. 10. Metaphysic. punt. 4. & alij plures ex antiquioribus, quos refert & sequitur Hemelman. tom. 2. titul. 8. disput. 1. cap. 3. Idemque supponit non semel Ripal. in suo opere de ente supernat.

¹⁹ Porro ex Auctoriis, qui Deum connexum cum creaturis possibilibus faciunt, plerique, ut Soar. Easol. Zuniga. Tanher. & alij censem aquilis esse necessitatis creaturarum possibilitatem à creaturis ipsis indistinctam, atque existentiam Dei. Quod tamen absolute negant communiter, qui Deum absolutum ponunt à creaturis censentes, eum, utpote ens primum, magis esse necessarium in sua existentia, quam creature in sua possibilitate. Nonnulli tamen, ut Granad. Machin. & Pius supra, eti Deum ita connexum esse dicant cum creaturis possibilibus, ut qualibet earum deficiente, & ipse desiceret; affirunt tamen nihilominus, Deum ens esse magis necessarium, quam creature ut possibles. Deinde, qui in Deo connexionem cum creaturis ut possibilibus admittunt, communiter etiam admittunt relationem realem, ac transcendentalē ad illas. Quibus addendi sunt Salas 1. 2. tract. 3. disput. 4. sect. 2. num. 13. & sect. 4. num. 42. & seqq. & sect. 6. num. 6. & 62. Egid. de Praes. tom. 1. de Beatitud. lib. 5. quæst. 7. artic. 7. num. 5. & quæst. 18. artic. 1. 8. 5. num. 12. & Ruiz tom. de Scient. disput. 5. sect. 2. & disput. 10. sect. 5. num. 9. & disput. 86. sect. 3. & tom. de Volunt. disput. 5. sect. 4. & tom. de Trinit. disput. 62. sect. 1. & 3. & disput. 63. sect. 1. & 2. Qui vero Deo negant connexionem cum creaturis, communiter etiam negant relationem realem transcendentalē.

²⁰ Hemelman vero tit. 9. disput. 1. & 2. latissime rejicit à Deo relationem transcendentalē, sicut & connexionem, adstruens tamen relationem habitualem respectu creaturarum. Vocab autem relationem habitualem tam, quæ, cum suapte natura, & essentiā ad unum terminan referatur, nec sine illo possit existere, apta tamen est referri ad aliud secundariò casu, quod ille sit; respectu cuius subinde non actualis, sed habitualis relatio dicitur. Hoc pacto, inquit, praesentia effectus, qui modus est, atque adeò relatio transcendentalis respectu eius, relatio habitualis est respectu eius actionis, qua effectus producitur: quia, posita tali actione, reddit illam praesentem, sine illa tamen posset existere casu, quod fieret effectus per aliam actionem. Similiter, inquit, habitus gratia relatio habitualis est respectu eius faciendi filium adoptium: quia potest sine tali effectu manere, si coniungatur cum unione hypothistica, cuius carentia ad effectum ipsum requiritur. Alijsque varijs exemplis rem hanc declarat. Sed, ut ego autumno, sine fructu, Quia hoc nihil est aliud, quam asserere, esse res, quæ, cum intrinsecè sint absolutæ ab alijs, eis tamen positis, relate ad illas denominatur aut semiextrinsecè, aut extrinsecè. Quo nihil notius. Hoc enim in omnibus semiextrinsecis, & extrinsecis denominationibus reperitur. Adstruere ergo in Deo relationes habituales transcendentalēque ad creaturas, reiecit actualibus, nihil est aliud re ipsa, quam asserere, Deum intrinsecè esse absolutum à creaturis, eis tamen, positis semiextrinsecè, vel extrinsecè relate ad

illas denominari varijs denominationibus relativis. Quod nemo negat. Nosque tanquam certissimum apud omnes relinquimus statutum suppositione tertia.

Auctores autem commemorati tam pro sententiā adstruente, quam pro negante in Deo intrinsecam connexionem cum creaturis possibilibus quatenus talibus planè supponunt, aut etiam exprimunt, possibilitem creaturatum, de qua hic tractatur, realiter esse distinctam ab entitate Dei, penitusque identificatam cum creaturis ipsiis tanquam unum ex prædicatis earum essentialibus, à quo intra statum quiditatum de suo habent reverā, & necessariō posse existere, id est, talis esse natura, ut, si existant, nulla sequetur contradic̄tio: quemadmodum homo intra statum quiditatum de suo habet reverā, & necessariō esse animal rationale, sive esse potentem sentire, & ratiocinari. Id quod nos in Pharo Scient. disput. 10. quæst. 1. & disput. 11. quæst. etiam 1. lat. & efficaciter ostendimus contra quoddam Recentiores oppositum singulariter opinantes. Qui, cūm putent, omnem veram possibilitem, quinimo omnem necessariam veritatem obiectuam tam creaturatum possibilium, quam chymarum impossibilium realiter esse indistinctam ab entitate Dei: ipsasque creaturas, & chymaras ut conditinctas à Deo nihil penitus esse; nullamque subinde in se veritatem obiectuam adhuc quiditatiuam habere: facile se, putant, expedire à praesente quæstione afferentes ex una parte, Deum intrinsecè esse connexum cum possibilite creaturarum, cum impossibilitateque chymarum, & cum omni vtrarumque veritate necessaria obiectiuā; quasi hoc nihil sit aliud, quam, Deum cum se ipso connexum esse: ex alia vero parte, Deum cum nullo extrinsecō à se distincto esse connexum; quasi omne excogitable extrinsecum, distinctumque à Deo, præter entitatem absolutę, & contingenter existentia, inse præcisè penitus nihil sit: nullamque subinde veritatem obiectuam, & necessariam habeat, cum qua Deus possit connexus re ipsa excogitari. Verum sententia hæc in primis fundamento inititur planè falso, ut loco citato monstrauimus; quo semel sublato, penitus ruit. Deinde, adhuc eo supposito, dici non potest, ut ab istis Recentioribus dicitur, Deum connecti cum veritatibus obiectuis, & necessariis creaturarum possibilium, & chymarum impossibilium; quin cadatur in primam sententiam relatam, dicaturque, Deum cum aliquo à se distincto connexum esse: (quod tamen ipsi negant). Quia eiusmodi veritates iuxta ipsorum sententiam, præter entitatem diuinam veluti formam denominantem, includunt tanquam subiectum ipsas creaturas, & chymaras distinctas à Deo. De quo plura in decurso quæstionis. Pro cuius resolutione sit.

Propositio I.

Deus ratione omnipotentiæ cum ²¹ creaturis possibilibus connexus non est connexione intrinsecæ, ita videlicet, ut, deficiente per impossibile possibilitate creaturarum, & ipse quoque desiceret per locum intrinsecum:

Probatur propositio primò. Quia Deus per ea, quæ habet intrinsecè, sibi est sufficientissimus, perfectissimus, & beatissimus; neque alio

M egit

eges extra se ad suam existentiam, perfectionem, aut beatitudinem; neque in his vlo modo ab aliquo sibi extrinseco penderet. Sed haec non habebat, si cum creaturis possibilibus eam haberet connexionem, de qua in propositione sermo est. Ergo talem connexionem non haber. Consequentia est legitima. Maior est dogma constantium apud Scripturam, & Patres. Dicitur enim Genes. 17. Ego Deus omnipotens H̄braicē Saddai id est, mihi sufficiens, & nullius egens. Et 2. Machab. 14. Tu Domine vniuersorum, qui nullius indiges. Et Acto. 17. Non indigens aliquo: cum det omnibus vitam, & inspirationem, & omnia. Et Psalm. 15. Deus meus es tu; quoniam bonorum meorum non egis. Vbi Septuaginta. Nihil tibi confert, ad te non peringit. Vide Theodoret. Eutimi, Basili. August. & alios Patres in hunc Psalm. & speciatim Hieroni. Qui, cum, recensitis omnibus creaturis, distinxerit, de omnibus intelligi exclusum illam, non egis, concludit. Haec non indiguit, neque postquam facta sunt, neque ante, neque modo sum ei opus, nec necessaria. Ibidem etiam sapientissimus Idiota. Quoniam, inquit, solus Deus bonis nostris non egis; nulla enim creatura est, qua non inageat alijs, quantumvis imperfectioribus.

23 Contentiunt alij Patres. S. Clemens Romanus in Liturgia, quæ habetur lib. 8. Constitut, cap. 12. col. 1, vult, vt quotidie ita Deum alloquamus. Te nulla re indigentem, te omnium bonorum largitorem, te semper uno modo habentem. S. Dionys. cap. 9. de diuinis nominibus, proprium Dei, dicit, nullius esse indigentem, eumque maxime simplicem, nibilque requirentem appellat. Iustin. mart. in QQ. Gentil. in respons. ad 10. ait, Non egis Deus vllā re, quæ extra naturam ipsius sit. Theophilus Antioch. lib. 2. ad Antolicum col. 7. Deum nullius rei indigentem non semel appellat. S. Irineus lib. 7. contra H̄eres cap. 2. ait, Nullius indigens omnipotens, Deus verbo condidit omnia, & lib. 3. cap. 8. fine, Ipse nullius indigens, ipse sibi sufficiens, &c. S. Methodius mart. in Excerptis apud Photium in sua Bibliotheca pag. 336. multa ad rem habet elegantissima, excerto hanc parvam clausulam, Non ne, inquit, absolute per se ipsum perfectus est, & nullius indigeni? Ita est. Impossible enim est, ut id, quod nullius indiget, sit propter alterum aliquid aliud. S. Hilari. in comm. ad Psalm. 2. col. 7. dicit, Deus autem beatus, aque perfectus profectus non egis, cui nihil defit, ipse est, qui quod est, non aliunde est, in se est, secum est, ad se est, suis sibi est, & ipse sibi omnia est. Pluraque addit huiusmodi, & tandem concludit, Deus igitur, ex quo omnia sunt, nullo eorum indiget. Similiaque habet lib. 14. de Trinit. col. penult. Nyfeus lib. 2. contra Eunomiump. col. 11. Nam Dei virtus, inquit, & sapientia nullius alterius auxiliū est indiga. Chrys. sapientissime repetit, proprium esse diuinitatis, nullā re indigere, aut opus habere. Accipe hac tantum eius verba, ex homil. 10. ad Popul. Antioch. post medium, Deum enim non indigere necessarium est, & nullā re opus habere. Isidorus Pelusiot. lib. 2. epist. 23. ad Eustochium diaconum ait, Pura, & omnibus numeris absoluta libertas est, nulla omnino re indigere. Anasias. & Cyrilli. in Breui explicacione fidei ab illis facta, quæ habetur tom. 4. Bibliotheca, sic aiunt. Essentia diuina res est, que per se est, neque alterā indiget ad hoc, ut ipsa subsistat. Damasc. lib. 1. fidei cap. viii. ait, Deum esse quidam nullius indigum, per se potens, per se

dominans, &c. Theophilaq. in epist. ad Episcop. Nullius rei, inquit, est indiga Deitas. Ambros. lib. 1. de fide ad Gratianum cap. 5. sic ait. Quid ergo dicitis: est horum aliquid, quo egeat Pater & impium est dicere. August. varijs in locis, Deum nihil indigere pronuntiat ex illo Psalm. 5. Quoniam bonorum meorum non egis. Vide illum. lib. 1. de doctrina Christ. cap. 31. tom. 3. & tom. 8. in Psalm. 49, col. 10. Bernard. serm. 5. in Cant. sub finem. Solus, inquit, nullius indiget, solus & sibi, & omnibus de solidā omnipotente voluntate sufficiens. Anselm. in Monol. cap. 30. ait, An concludendum est, quia, si nullo modo esset creatura, nequaquam esset Verbum illud, quod est summa. & nullius indigens essentia? Vide, si placet, plures ad rem Patres apud Ruiz tom. de Volunt. disput. 8. lect. 4. Denique S. Thom. quæst. 3. de Verit. artic. 1. ad 8. ait, Quia Deus non potest non esse, non indiget essentia, que sit aliud, quam suum esse. Similiaque haber alij in locis. Imo & Aritot. lib. 2. Magnor. moral. cap. 15. ait, Neque enim, si Deus sibi sat, neque vlo indigens est, ob hoc etiam nos nullo indigebimus. Est enim de Deo iactatus huiusmodi sermo. Nam quoniam bona cuncta possidet, ac sibi sat est.

Quid plura pro maiore? Venio ad probandum minorem syllogismi facti, nempe, Deum non ita fore sibi sufficientem, ac nullius indigentem, vt sacra Scriptura, & Patres prædicant, si cum creaturis possibilibus conneccetur modo prædicto. Nam quæ maior indigentia possibilis creaturarum, quam, non posse existere sine illa? Aut quomodo sibi sat est, qui protus periret, si musca, aut formica impossibilis redederetur? Egregia profectio independentia Diuinitatis ab omnibus, quæ ipsa non sunt, cum qua componitur, vt nequevis Diuinitas existere in rerum natura, si musca, aut formica definat esse possibilis. Certe ex se satis sufficeret videtur notum, huiusmodi concatenationem cum creaturis possibilibus ab eximiâ illâ Diuinitatis independentia, & libertate, quam tam constanter, vt vidimus, Patres commendant, prorsus alienam esse, imo ei indignantur. Nec refert, quod Adversarij respondent, id solum ab alio proprio pendere, quod ab illo per aliquod genus inservit. accipit esse; Deum autem nihil accipere à creaturis; cum, quidquid perfectionis habet, à se ipso habeat; atque adeo neque indigere illis vt causis in se aliquid influentibus, licet indiget illis vt termino sua connexionis; quod non est inconveniens. Et enim, estò dependentia ab alio tanquam à termino connexionis minus propria dependentia dicatur; at certe negari nequit, esse aliquod dependentia genus, quod sine indigentia propriè dicitur non reperitur. Ijs enim propriissime dicimus indigere, quæ nobis quoquomodo necessaria sunt ad vivendum, essendumque: qualiter creatura possibiles necessaria sunt Deo, si sine eorum possibiliitate, nec vivere, nec existere potest, vt Adversarij confitentur. Admittere autem in Deo aliquam, licet minus propriam, dependentiam à creaturis adhuc vt possibiliter, propriamque earum indigentiam, aperte videtur esse contra Scripturam, & Patres, vt testimonia adducta ostendunt. Imo, cum Patres absolute loquantur, omnem vel impropiam etiam indigentiam, necessitatemque creaturarum, etiam vt possibilium à Deo remouere censendi sunt; vt expresse remouet August. lib. 83. qq. quæst. 22. dicens,

Disp. IV. De independentia Dei in essendo, &c. Quæst. II. 91

dicens, *Vbi nulla indigentia, nulla necessitas. Vbi nullus defectus, nulla indigentia.* Nullus autem defectus in Deo. Nulla ergo necessitas. Et sane, si Deus sine creaturis possibilibus nec vivere, nec existere posset, & si ab illis nihil acciperet, nullo sensu posset dici absolute ipse sibi sufficere, & satis esse, nullamque eorum indigentiam, aut necessitatem habere, ut satis ex te est notum. Illius siquidem indigentiam, & necessitatem habemus, quod nobis ad essendum, vivendumque necessarium est quoquomodo, ut constat.

25 Sed age, loquantur Scriptura, & Patres dumtaxat de indigentia, ac dependentia Dei à creaturis tanquam à causâ; aut certe de creaturis tantum existentibus, ut aliqui volunt. Arguo secundò nihilominus à ratione. Ea perfectio est concedendu Deo, qua maior alia nequeat ex cogitari, ut apud omnes tanquam notissimum est in confessione: quia Deus non potest non esse summè perfectus, ut ostendemus inferius disput. 16. Sed maior est perfectio omnimoda independentia, ac sufficientia in proprio esse, quam dependentiâ ab esse alieno seu actuali, seu possibili, adhuc tanquam à termino connexionis, ac indigentia eius ut sic, ut satis, superque per se est notum. Ergo Deus prorsus est afferendus à creaturis possibilibus independentes, ac eis non indigens, adhuc ut termino connexionis; atque adeò non connexus cum illis. Confirmatur primo. Quia, si Deus esset connexus cum creaturis existentibus, prout cum possibilibus ab Aduersariis connexus ponitur, non esset tam perfectus, quam cogitari potest, ut est certissimum; alioquin minus esset modo perfectus, quam cogitari potest. Sed tota illa imperfectio ex indigentia creaturarum existentium, ac dependentia ab illis tanquam à mero termino connexionis manaret. Ergo similis indigentia, ac dependentia à creaturis possibilibus similem imperfectionem præfert. Quid namque refert ad rem, quod creature sint possibles, vel existentes; quandoquidem utroque modo sunt aliud à Deo? Confirmatur secundò. Quia, si homo aliquis alteri, præfertim inferioris ordinis, strictissimo vinculo alligaretur, adeò, ut sine illo nec esse, nec vivere, nec aliquid præstare posset, captiuitas esset, acque subiectio intolerabilis. Ergo similis alligatio per connexionem naturalem cum altero ente inferioris ordinis non potest non esse imperfectio inente, quod eam habet. Ergo connexion, qua Aduersarii Deum cum creaturis possibilibus alligatum ponunt, ab imperfectione Deo indignata exiui non potest.

26 Tertiò argumentor, Deus in suâ existentia infinitè magis est necessarius, quam creaturæ in suâ possibilitate. Sed ens magis necessarium in suâ existentia cum minus necessario nequit ita connecti, vi, eo deficiente, deficiat per locum intrinsecum. Ergo Deus cum creaturis possibilibus huiusmodi connexionem non habet. Consequentia est legitima. Maior stabilitas supra disp. 3. quæst. 2. Minor autem ex terminis ipsis satis est evidens. Quia, quod sano alio esse nequit, atque adeò ad defectum eius deficeret, eo ipso non habet esse magis firmum, nec magis stabile, nec magis necessarium, quam illud, ut constat. Ob id enim, quod sine contingente esse nequit, eo ipso est contingens; quia ad eius defectum possibile, possibiliter defectibile est.

Recentiores commemorati. 21. qui putant, 27 possibilitatem creaturarum identificari cum Deo, facile se, putant, hoc posito, ad facta argumenta respondere, dicendo, per inde esse, connecti Deum cum creaturis possibilibus, atque connecti tecum ipso. Nec maius inconveniens esse, Deum indigere creaturis possibilibus, quam indigere se ipso. Tam longèque ab esse, ut sit Deus ens magis necessarium, quam creature possibiles, quam absit, ut sit ens magis necessarium, quam ipsem. Contra tamen primò. Quia sententia de identitate Dei cum possibilitate creaturarum, quam isti Recentiores supponunt, non solum singularis, sed planè falsa est, ut latè ostendi disp. illa 10. Phari Scient. quæst. 1, sed esto, sit vera. Contra secundò. Nam hoc obiectum necessarium, cum quo Deum connecti dicunt, Petrus est possibilis, & possibilitatem indistinctam à Deo tanquam formam denominantem, & subiectum denominarum possibile, nempe Petrum à Deo distinctum includit in suo conceptu iuxta sententiam dictam. Ergo, connecti Deum cum illo, non est connecti secum ipso, sed connecti cum alio quopiam realiter distincto à se tanquam includente ab inclusō. Et remanent argumenta facta cum suo integro robore. Itaque, cùm sit quæstio de connexione intrinsecâ Dei cum creaturis possibilibus, que in omnium sententia debent poni realiter distincte à Deo, etiam si garum possibilitas ponatur cum ipso Deo identificata; aut est dicendum cum Autoribus prima sententia, Deum intrinsecè connecti cum aliquo distincto à se; aut non connecti cum creaturis possibilibus. Male ergo Recentiores præfati ex una parte dicunt, Deum cum nihilo à se distincto connexum esse; ex alia verò absolutè pronunciant cum prædictis Autoribus, Deum cum creaturis possibilibus connexum esse; cùm tamen creaturæ possibiles, etiam in ipsorum sententia, non possint non inuolueri aliquid distinctum à Deo. Alioquin Deus cognoscens illas nihil præter se ipsum cognoviceret; atque sequerentur ingentia absurdâ, prout loco citato notabamus.

Pergo igitur; & probo quartò propositio- 28 nem. Quia, si Deus ratione omnipotenter cum creaturis possibilibus connexus est modo explicato, sequitur, eum cum chymæris etiam impossibilibus eodem modo connexum esse; atque adeo eis ad essendum. & vivendum indigere; nec magis necessarium, quam illas esse. Quæ absurdæ sunt absque dubio maiora. Id autem sequi, facile ostenditur. Nam casu, quod aliqua chymæra impossibilis redderetur possibilis, Deus non haberet potentiam ad illam producendam; & consequenter neque esset Deus, neque existenter; quandoquidem ad intrinsecam Dei perfectionem spectat, posse producere, quidquid possibile est. Talem autem potentiam Deum in ea hypothesi non habiturum, conslat; quia tunc non haberet amplius potentia, quam habet modo; modo autem solum habet potentiam respectu absolute possibilium; quia ponitur esse de conceptu potentia eius connecti cum possibilitate omnium, ad que præducenda est potentia; & modo cum possibilitate chymæra in dictâ hypothesi dandâ connexa non est.

Recentiores paulò ante impugnati concedunt totum. Censem epim, ut supra diximus, impossibilitatem impossibilium realiter esse identificatam cum Deo æquè, ac possibilitem possibilium. Eodemque propterā modo ponunt Deum

connexum cum chymarīs impossibilibus, ac cum creaturis possibilibus. Sed vero, ut nuper circa possibilia arguebam, cūm chymarī impossibilis iuxta ipsos Recentiores duo dicat in suo concepitu, & impossibilitatem identificatam cūm Deo ut formam denominantem, & subiectum huius denominationis distinguum à Deo; si Deus intrinsecè connectitur cūm chymarī impossibili, cūm aliquo à se distinto realiter, eoque impossibili connexus est. Et redunt illata absurdā. Adde, falsam, & singularem esse sententiam suppositam Recentiorum, ut paulo ante dictum est. Cūm falsitas, quod attinet ad impossibilitā, vel in eo cerni clare videtur, quod eorum impossibilitas ne connexa quidem cūm Deo est, vt est possibilitas possibilium; quandoquidem, si deficeret Deus, impossibilia nihilominus permanerent. De quo plura in Pharo Scient, disp. 10. & 11. iam supra citatis.

39

Quintō probatur propositio. Quia in hypothēsi, quod creature non cūl ut possibiles, adhuc Deus périliter existens, cohaerentique cūm earum im possibilitate; sicuti modō périliter existens, cohaerensque cūm impossibilitate chymarīum impossibilium; quia eodem modo compararetur Deus in tali hypothēsi cūm impossibilitate creaturarū; ac comparatur nunc cūm impossibilitate chymarīum. Ergo Deus non ita est nunc connexus cūm possibilitate creaturarū, vt, ipsa deficiente, deficeret, prout Adversarij volunt. Nec valet dicere, defectum possibilitatis creaturarū in illā hypothēsi fore diuersum à defectu possibilis, quem modō habent chymarī; ea que de causa fore, vt per illum excluderetur Deus, eti per hunc non excludatur. Contra enim est, quod in illā hypothēsi praeceps adderetur creaturis implicatio contradictionis, quam modō non habent. Sed implicatio contradictionis praeceps non est exclusiva Dei; siquidem modō eam habent de suo omnes chymarī; & tamen Deus existit. Igitur in ea hypothēsi nihil est, quo excluderetur. Vnde colliges, Recentiores nuper commemoratos non satisfacere huic argumento per suam doctrinam de identitate cūm Deo possibilis, arque impossibilitatis rerum, supponentes hy hypothēsim de defectu possibilis creaturarū esse re ipsa hypothēsim de defectu Dei; ex qua non potest non sequi Deum defecturum. Non enim est ita, sed est hypothēsis de implicatione contradictionis adiuncta creaturis in statu rerum quidicatum: ex qua, etiam rēntā dicta doctrinā Recentiorum, non sequitur fore, vt Deus deficeret; sed fore, vt Deus périliter impossibiles denominaret creaturas, quas modō denominat possibiles, titulo contradictionis, quam tunc secum ferent, & modō non ferunt; siquidem eo utulo dumtaxat denominat impossibiles modō chymarīas. Eodem arguento vice versa formato probari pariter potest, Deum intrinsecè non connēcti cūm chymarī in possibilibus.

31

Sexto probatur. Quia denominatio potētis absolute producere, seu cauſare in nullā causā est adēquate intrinsecā, seu identificata adēquate cūm substantiā ipsius cauſe; semper enim involuit aliquid ipsi substantiā cauſe accessoriū, ab eaque defecibile, nempe aut conditionem, aut comprincipium, aut decretum mouens, aut quid simile. Ergo, licet nequeat cauſa aut denominari, aut concepi, aut esse potens absolute cauſare aliquid, quod absolute non est possibile, (vt tanquam profus mīhi certum fateor, & affero):

inde tamen non sequitur, substantiam cauſā, cui talis denominatio comperit, cūm possibilitate rei cauſanda connexam esse. Fieri enim poterit, vt eiusmodi possibilitas unum ex fundamentis realibus talis denominationis sit; obidque sine illā nec possit concepi, nec existere ipsa denominatio. Malē ergo Adversarij ex eo, quod Deus nequaerat esse, vel concepi potens absolute cauſare, nisi id, quod absolute possibile est, inferunt, substantiam Dei cūm possibilitate rei cauſanda concēdi; cūm fieri posset, vt connexio cūm possibilitate rei cauſanda, quam præferat denominatio potētis proxime cauſare, extrinsecè solū, proueniat substantia Dei ab ipsa possibilitate tanquam ab uno ex fundamentis, a quibus denominatio ipsa desumitur, inclusō subinde in concepitu reali eius. Itaque quemadmodum, licet Deus nequeat esse proxime potens producere creaturam sine decreto libero sue voluntatis adiuncto sue omnipotentiae, non inde inferunt, substantiam omnipotentia cūm tali decreto necessariō connexam esse; sed tantum illud esse quid intrinsecè requisitum ad denominationem potētis proxime producere ita, licet Deus nequeat esse proxime, seu absolute potens producere creaturam, nisi ipsa possibilis sit, non inde inferunt, substantiam diuinā omnipotentia cūm huiusmodi possibilitate connexam esse; sed tantum possibilitem ipsam esse fundamentum intrinsecè requisitum ad denominationem potētis proxime, seu absolute producere creaturam.

Rem autem ita se habere de facto, vt denominatio potētis proxime, seu absolute cauſare creaturas semiextinctas Deo sit accrescens ei à possibilite ipsarum creaturarum, supposta virtute intrinsecā, quam haber cauſant, quidquid fuerit possibile; atque ita virtutem hanc prorsus à tali possibilitate aboliuntam esse; tum argumenta facta comprobant. Tum potest præterea confirmari. Quia longe perfectior erit facultas, seu virtus cauſativa Dei, si non solum sit cauſativa eorum, quæ absolute sunt possibilia, sed etiam eorum, quæ in quavis data hypothēsi possibilia forent. Imo id ad plenam infinititudinem eius videtur haud dubie requiri. Ergo talis est asserenda. Talis autem esse non potest, si cum ijs, quæ modō sunt possibilia, titulo potentiae cauſatiæ eorum connexa est quoad existentiam, vt constat ex arguimento factō num. 28. Eſe autem perfectiorem, ac validiorem virtutem, quæ, non solum possibilia absolute, sed possibilia in quavis hypothēsi ex se est cauſativa, ex terminis videtur notum; nam certum est, perfectiorem, ac validiorem esse virtutem ignis, quæ non solum approximata, sed quæ in quavis hypothēsi approximarentur, comburere valet, quācum ex se est. Possibilitas enim rerum causabilium à Deo instar cuiusdam approximationis eorum est respectu omnipotentiaz. Spectare vero ad infinitatem propriam omnipotentiaz Dei, quod sit cauſatiua, non solum absolute possibilium, sed etiam possibilium in quavis hypothēsi, à paritate intellectus, & voluntatis. Ei comprobatur. Deus quippe per has potentias non solum est cognoscitus, & volitus omnium, quæ sunt absolute cognoscibilia, & amabilia, sed etiam eorum, quæ in quavis data hypothēsi talia forent, vt in ijs obiectis cernere licet, quæ contingenter potuerunt reddi cognoscibilia, & amabilia: quo casu cognoscerentur, & amarentur à Deo

Disp. IV. De independentia Dei in essendo, &c. Quæst. II. 93

Deo à quæ, ac cetera, quæ modò cognoscuntur, & amantur.

³³ Recentiores saepe commemorati suā illā opinione innitentes de identitate cum Deo possibiliteris, atque impossibilitatis rerum negant, omnipotentiam diuinam fore productiuan impossibilium casu, quod ea non essent impossibilitas: quia in eo casu, deficiente impossibilitate, corum, per locum intrinsecum deficeret Deus cum eis identificatus. Sed male. Quia, vt dicemus in simili supra num. 30. retenta etiam dicta Recentiorum sententiā, casus de defectu impossibilitatis impossibilium non est per locum intrinsecum casus de defectu Dei, sed de defectu contradictionis eorum: quia deficiente, iam tunc à Deo persistente denominarentur possibilia, quæ modò impossibilia denominantur; quia tunc carerent contradictione; eodemque pacto proinde compararentur ad Deum, quo nunc comparantur possibilia. Vnde etiam patet, in aliorum sententijs multo minori, aut certè nullo fundamento dici posse, hypothesis de defectu impossibilitatis impossibilium per locum intrinsecum destruere omnipotentiam Dei. Semel autem statuto, quod in tali hypothesi ea permaneret, negari utique non potest, ad eius perfectionem spectare, fore, vt tunc absolute posset producere omne possibile.

³⁴ Septimò. Si Deus intrinsecè connectetur cum creaturis possibilibus ratione omnipotentie illarum factiū, etiam connectetur cum peccato possibili ratione eiusdem omnipotentie prout permisus illius. At Deum intrinsecè, & esentialiter esse deinceps fodiati peccati, eaque ut possibili ad essendum, & viuendum egere, specialem dissontiam, absurditatemque praefert, vt constat. Ergo, &c.

³⁵ Octauò. Si Deus intrinsecè connectetur cum creaturis possibilibus, ipse intuitiū visus duceret quemlibet Beatum incognitio- nem omnium eorum; nullusque esset subinde, qui ex vi visionis non cognosceret omnes creaturas possibilis distincte, & in particuliari; siquidem cum singulis seorsim esset connexio, prout ipsa se habent in se se. At hoc est absurdum, & contra omnes Theologos, vt in tract de visione Dei videbimus, vbi ad rem plura. Ergo.

³⁶ Nonò. Ad perfectionem Dei spectat, esse primum ens, non solum quoad esse existentiale intra statum existentiale, sed etiam quoad esse quiditatuum intra statum quiditatuum. Quia quoad utrumque esse vendicat sibi omnem perfectionem simpliciter simplicem excogitabilem intra utriusque statum: talis autem est manifeste, esse primum habens esse omnium intra utruius statum habentium esse. Sed intra statum existentiale omnium intra illum habentium esse, scilicet existentium, est Deus primum ens, non solum primitate originis, sed etiam primitate inconnectionis non mutuæ, cuius utriusque talis status capax est. Ergo intra statum quiditatuum omnium intra illum habentium esse, scilicet possibilium, nequit non esse Deus primum ens primitate inconnectionis non mutuæ, cuius talis status est capax. Possibilitas ergo Dei cum possibilitate creaturarum connexa non est intra statum quiditatuum; & consequenter neque existentia. Si enim esset connexa existentia, & possibilitas cum ipsa existentia connexa titulo necessitatis, quam Deus habet in existendo, connexa esset.

Deus ergo neque quoad esse quiditatuum, neque quoad esse existentiale est connexus cum possibilitate creaturarum, à quæ, ac cum earum existentia connexus non est, vt est certissimum. Et quidem, si perfectio diuina prorsus repudiat connexionem cum creaturarum existentia, cur pariter non repudiabit & cum creaturarum possibilitate?

Decimò. Propositionem datam insuper ³⁷ comprobabunt affatim, & confirmabunt alia argumenta, quæ pro sequentibus subiungemus. Prætermittentes nihilominus quedam alia leuiora, quibus nonnulli inefficiaciter, vt ego censeo, eam comprobare conantur,

Propositio 2.

Scientia, quam Deus habet de creaturis possibilibus, quoad entitatem indistinctam ab ipso Deo nullatenus est intrinsecè connexa cum illis. Atque adeò diuina substantia neque ratione talis scientiæ cum ipsis creaturis connexa est.

Hæc propositio probanda imprimis venit omnibus argumentis, quibus præcedens probata est. Quia omnia absurdia illata per illa ex connectione intrinsecâ & entitatiâ Dei cum creaturis possibilibus ratione omnipotentie à que clare, immo nonnulla eorum clarissima, inferuntur ex connectione Dei cum eisdem ratione scientiæ, vt recolenti, & applicanti conspicuum fiet. In quo nobis non oportet morari.

Specialiter tamen quasi à priori inde propositio prætens venit probanda, & explicanda. Quia licet scientia Dei de creaturis possibilibus quoad denominationem, qua Deum facit absolute cognoscere, ac iudicantem illas, sine ipsis nequeat existere, cum ipsisque subinde conexa sit; (quia ut sic est cognitionis actualis earum infallibilis, & necessariæ vera; omnisque cognitionis actualis infallibilis, & necessariæ vera eo ipso cum suo obiecto connexa est). At quoad entitatem indistinctam à Deo talis natura est ex proprio conceptu, vt esentialiter non exposcat creature possibilis; atque adeò neque cum illis intrinsecè connexa sit. Quod manifestum sit, dum eam ad existentes comparamus. Nam certum est, entitatem à Deo indistinctam scientiæ, qua Deus ipse cognoscit Mundum, mansuram in Deo reuerat, si Mundus, vt potuit, non existeret. Quo casu Deus non denominaret cognoscendem Mundi existentiam. Ut igitur entitas scientiæ, qua Deus modò cognoscit existentem Mundum, maneret in Deo sine Mundi existentiâ casu, quod Mundus non existeret; ita etiam entitas scientiæ, qua Deus cognoscit modo Mundum possibili, maneret sine Mundi possibilitate casu, quod non esset Mundus possibilis. Quia non est maior ratio, quod ad rem attinet, unius scientiæ, quam alterius. Ergo, sicut scientia de existentiâ Mundi quoad entitatem prorsus est absoluta à suo obiecto, neque ullam habet connexionem cum illo; ita pariter est absoluta à suo scientia de Mundi possibilitate.

Et quidem in sententiâ connotantium, sive ⁴⁰ complemunt scientiam diuinam per extrinsecum connotatum veritas hæc facile locum habet. Nam, vt ipsi dicunt, entitatem scientiæ, qua Deus se cognoscit, absoluta omnino cum sit

sit ab omni obiecto contingenti, ita esse ex se; & absolute representatiuum eius, ut, eo posito, quasi se se ad illud extendens iam actualiter representet, Deumque subinde denominet cognoscendum illud. Ita pariter dicere possunt, eamdem scientiam entitatem, posita obiectorum possibilitate, cuius ex se, & absolute est representativa, quasi se extenderet ad illam actualiter representandam, per mansuram alias & que bene sine tali obiecto, si illud per impossibile non subsisteret. In sententiā vero non connotant, omnipotēs intra Deum constituentium actus divinæ scientiæ etiam liberos, seu contingentes, quam sententiam nos explicamus per contingentiā virtualem eorum in tract. de Scientia, non minus facile componitur eadem veritas. Dicimus enim, actum scientiæ, quem Deus habet de Petro possibili, non præcisè, quia existit realiter formaliter in Deo ab ipsis entitate indistinctus, reddere ipsum cognoscēt Petrum possibilem, sed insuper, quia virtualiter non deest in ordine ad talem denominationem præbendam. Huiusmodi autem virtualem non deficitiam, seu virtualem existentiam supra formalem ex positione possibilis Petri trahere, originem, alias non futuram, si Petrus non esset possibilis. Quo casu proinde actus prædictus realiter formaliter permaneret in Deo, non tribuendo denominationem, quam tribuit modo. Itaque, sicut ablatæ existentiæ Ioannis, actus, quem Deus habet de illa, virtualiter deest in ordine ad redditum Deum eam cognoscēt, posita autem, idem actus virtualiter producitur ab intellectu Dei, & quasi denuo accipit esse relata ad talem denominationem; ita actus, quem Deus habet de possibilitate Petri, posita tali possibilitate, virtualiter productus, ac deinde ponitur in ordine ad denominandum Deum cognoscēt illam, non ita ponendus, si Petrus non esset possibilis. Vnde actus de possibilite Petri non minus est quoad entitatem inconexus cum ipsa possibilitate, quam actus de existentiæ Ioannis quoad entitatem est inconexus cum ipsa existentiæ.

41 Hinc, licet actus de possibilitate Petri non sit, loquendo absolute, defectibilis virtualiter, sicut actus de existentiæ Ioannis; eo quod Petri possibilis non est contingens, sicut est Ioannis existentia; productio tamen, sive positio virtualis actus de possibilite Petri minus est necessaria, quam existentia formalis tum ipsis actus, tum Dei; quia non est magis necessaria, quam possibilis ipsa Petri. Hanc autem Deus, & quidquid realiter formaliter cum Deo est identificatum infinitè excedit in necessitate, vt constat ex dictis supra disput. 3, quæst. 2. Quorūs sit, ut, licet si absolute impossibile, virtualiter deficeret dictum actum in ordine ad denominandum Deum cognoscēt possibilitem Petri, sicut absolute est impossibile, ipsam possibilitem deficeret; infinitè tamen magis sit impossibile, cum deficeret formaliter. Unde tandem concluditur, casu, quod possibilitas Petri per impossibile deficeret, defecturam quidem in Deo denominationem cognoscēt illam ex defectu tantum virtuali actus, per quem representatur, existente nihilominus actu ipso quoad entitatem realiter formaliter & que bene, ac existit modo.

42 Deinde probari potest propositio præsens, Quia si Deus ratione scientiæ, qua illas cognoscēt, cum creaturis possibilibus intrinsecè, & entitatiū connexus est, eodem iure esset unus pariter cum chymis impossibilibus, & cum peccatis tum possibilibus creaturatum, tum etiam impossibilibus ipsis Dei; ac demum cum omnibus veritatibus necessariis tum positivis, tum negativis ab ipso distinctis, de quibus æquè, ac de creaturis possibilibus scientiam habet. Quod quidem plura, maioraque absurdia secum fert, quam connecti dumtaxat cum creaturis possibilibus iuxta dicta circa propositionem præcedentem, & dicenda circa sequentem. Per quæ tam hæc, quam præcedens amplius confirmabuntur.

Propositio 3.

Deus cum nullà omnino veritate, **43** objectiuā, quantumvis necessariā, realiter distinctā à se est intrinsecè, & entitatiū connexus aut ratione essentiæ, aut ratione aliqui cuiusvis intrinseci attributi; ita, ut eiūmodi veritate per impossibile deficiente, per locum intrinsecum sequeretur, fore, Ut Deus ipse deficeret.

Hæc propositio imprimis ex duabus prædictibus planè constat. Quia eadem cernitur repugnantiæ, eademque, imo & maiora absurdia sequuntur ex eo, quod ponatur Deus modo di-
cto connexus cum alijs veritatibus obiectuīs à se realiter distinctis, quam ex eo, quod ponatur connexus cum creaturis possibilibus, ut inno-
scet perpendenti argumenta tum facta pro duabus proposicōibus prædictibus, tum facienda
modo pro præsenti, & consequenter etiam pro illis, Quorum.

44 Primum sit, Deus conceptione communī Patrum, & Theologorum ita est in se actus purissimus, ita summe perfectus, ita in se conti-
nens intrinsecis aut formaliter, aut eminenter omnem omnino excogitabilem perfectionem, ut per nullum bonum à se distinctum extrinsecus perfectibilis sit; quemadmodum certa encia, per bona extrinseca perficiuntur, adeo, ut quando aliquo iure sunt illis debita talia bona, defec-
tuos sine eis, & imperfecti evadant, atque adeo aliquo modo mala in suo genere iuxta-
dicenda latè infra disput. 15. & 16. Sed, si Deus cum alijs extrinsecis est connexus modo prædicto, talia extrinseca, utpote ipsi omnino necessaria ad viendam, non solum essent ipsi bona, sed etiam stricissimo omnium iure essentiali, & metaphysico ita ipsi debita, ut ex hypothesi, quod eis careret, non iam defec-
tuos tantum, & imperfecti, sed penitus deficiens, ad nihilumque redactus evaderet. Ergo cum talibus extrinsecis nullatenus Deus modo prædicto connexus est. Si enim perfectio, seu bonitas Dei quoad suum augmentum à nullo ex-
trinseco pendere potest; multo minus pendere po-
terit quoad integrum suum esse.

Secundum sit, Si Deus cum alijs extrinsecis est intrinsecè connexus, & cum peccatis tum possibilibus creaturis, tum impossibilibus sibi est similius connexus, ut ex dictis in præ-
cedentibus constat. Hoc autem in terminis ip-
sis involuit contradictionem, & repugniam:
quia ex una parte peccata, utpote intrinsecè ma-
la in nullo statu possunt esse bona, & conve-
nient.

Disp. IV. De independentia Dei in essendo, &c. Quæst. II. 95

nientia, & debita Deo: ex aliâ verò parte, hæc omnia haberent comparatione Dei titulo necessitatis, & indigentia, qua Deus illis ad effundendum, & viuendum egeret. Adde, peccata necessariò fore amabilità à Deo: quia non posset non esse Deo amabile id, sine quo Deus nec esse, nec viuere posset. Aliunde verò peccata quoad formalem malitiam ne ut possibilia quidem sunt amabilità à Deo, ut ostendemus in tract. de Volunt. Quæ etiam est repugnatio, & contradic̄tio in terminis. Deus igitur cum peccatis modo dicitur non est connexus. Et consequenter neque cum alio quopiam extrinseco.

⁴⁶ Tertium sit. Deus sola sui possessione est perfectissimè, & summe beatus, ut apud Patres, & Theologos in confessò est. Sed, si cum alijs extrinsecis intrinseca connexione connexus esset, horum insuper possessione indigeret ad suam perfectam beatitudinem: quia non potest esse solida, & firma, & consequenter nec plenè, & perfectè beatificans possessio boni in suo esse dependentis ab alijs, nisi se extendat etiam ad ea, sine quibus illud stare nequit, ut satis ex se, est notum. Igitur Deus cum alijs extrinsecis non est connexus connexione intrinseca; atque adeò faciente illum in suo esse dependentem ab alijs.

⁴⁷ Quartum sit. Si Deus cum chymariis impossibilibus prout talibus intrinsece connecteretur, vt multi ex Aduersarij volunt, aut titulo scientia de earum impossibilitate, aut alio, chymariæ impossibilis intra suum statum quiditatuum prius haberent esse, & veritatem obieciuam, quam Deus, prioritate in connexionis, sive independentia non mutuæ. Quod est absurdum. Quia Deus in suo esse quiditatuum dependet ab illis; illæ verò in suo non dependent à Deo: siquidem ex hypothesi, quod Deus deficeret, adhuc manerent impossibilis, ut modò sunt.

⁴⁸ Quintum denique. Quia, si Deus connecteretur intrinsece cum creaturis impossibilibus, vnaquaque creaturarum conexa cum Deo cum ceterarum omnium possibilitate esset connexa mediæ; atque ita omnes possibiles quoad omnes veritates quiditatibus, spectantes ve ad statum quiditatuum mutuò inter se connexæ essent, vt constat. Quod, licet aliqui concedant, absurdum proculdubio est. Primum: quia præscindendo ab hac quæstione, irrationaliter prorsus est, ponere omnes creature possibiles connexas mutuò quoad quiditatem; quando est certissimum, tales non esse quoad existentiam. Certissimum namque est earum aliquas quoad existentiam potius esse oppositas, & aliquas solùm non mutuò connexas, & plerasque disparatè se habentes absque illâ inter se connexione, aut oppositione. Secundò: quia certum omnino videatur, intra statum quiditatuum impossibilitatem impossibilium cum possibilitate possibilium connexam, non esse; siquidem ex eo, quod possibilia talia esse desinerent, non tolleretur contradic̄tio, à qua impossibilia habent impossibiliæ esse, potius accresceret eis alia noua, qua magis impossibilia fierent. Igitur intra tale statum neque possibilia inter se sunt mutuò connexa. Præscindendo enim ab hac quæstione irrationaliter dicetur, non omnes omnino veritates spectantes ad statum quiditatuum esse connexas inter se, & nihilominus esse connexas eas omnes, quæ pertinent ad

creatura possibiles. Tertiò: quia apud omnes est in confessò, conceptus genericos creaturarum possibilium cum conceptibus differentialibus, atque adeò cum specificis connexos non esse; ob id enim iuxta sententiam omnium à superiori ad inferiori non bene arguitur, & si ab inferiori ad superiori bene arguitur. Quod planè est contra Aduersarij sententiam, iuxta quam veritates vtrorūque dictorum conceptuum mutuo inter se connexæ esse debent, ut pote & conexæ cum Deo, & terminantes connexionem, ipsius Dei.

Propositio 4.

Deus nulla relatione intrinsecā, ad-⁴⁹ huic non connexionis, refertur ad quidpiam à se distinctum realiter.

Quia, licet sit possibilis relatio non connexionis comparatione existentia termini, comparatione tamen quiditatis termini nullatenus possibilis est. Licet enim possit esse relatio respiciens suapte essentia terminum aliquem prout existentem, qui tamē à parte rei existens non sit, quæ proinde comparatione existentia talis termini erit relatio non connexionis. Non potest tamen esse relatio respiciens suapte essentia terminum quoquo modo, qui non sit id, quod de suo quiditatue est; vt constat ex generali doctrina ac ciuium tradita in Pharo Scient. disp. 8. quæst. 4. proposit. 2. Fieret enim, vt talis relatio suapte essentia respiceret talem terminum, vt supponatur, & simul non respiceret ipsum; quia ipse non esset id, quod est, sed vel aliud quidpiam, vel nihil. Unde manifeste concluditur, nullà relatione intrinsecā posse Deum respicere terminum aliquem realiter à se distinctum sive prout existentem, sive aliter quoque modo, quæ non sit relatio connexionis comparatione quiditatis talis termini. Et consequenter, Deum nullà relatione intrinsecā, adhuc non connexionis, posse rescribi ad quidpiam à se distinctum realiter: quia esset per illam connexionem intrinsecam cum quiditate eius contradictionem stabilitam in præcedentibus propositionibus. Super est igitur, vt argumenta iam diluamus, quæ contra illas obijciuntur, aut etiam poslunt obijci.

Diluntur argumenta contraria.

Sit primum. De conceptu intrinseco Dei est, ⁵⁰ scilicet substantiam liberam, seu libero arbitrio pollentem; & consequenter sine libero arbitrio nullatenus existere posse. Ergo substantia Dei cum creaturis impossibilis connexa est. Antecedens est certum. Consequentia probatur. Quia, sublatâ possibilitate creature, libertas divina constare nequit. Repugnat enim libertas actus primi, vbi repugnat actus secundus liber: Deus autem nequit habere actum secundum liberum, nisi circa obiectum contingens quale nullum esset, si creature possibiles repugnarent. Hoc argumentum dumtaxat premere videatur eos, qui actus liberos Dei per aliquod connotatum Deo extrinsecum, atque contingens complicant. Apud nos verò, qui putamus, omnino esse Deo intrinsecos, per contingentiamque virtualem saluari eorum libertatem independenter à contingentia obiectorum, prout fuisse exponemus in tract. de Volunt. Dei, parum, aut nihil momenti habet. Nam casu, quod omnes creature impossibilis

les

96 Tractatus II. De Deo uno.

ies essent; adhuc posset Deus liberè complacere, in earum impossibilitate, libereque nolle eas existere; alioque huiusmodi actus liberos circa illas habere. Sed ne adstringamus solutionem nostram opinionem. Dicimus enim potest ad argumentum iuxta alteram connotantium, et si Deus in ea hypothesi, quod nulla creatura esse possit, non fore proximè liber ad eas amandas; sicut nec est proximè potens ad eas producendas; quia ad eiusmodi potentias proximas requiritur eorum possibilias; manifestum tamen liberum radicaliter, seu quantum est ex se; sicut & potentem eas causare. Quia semper est verum Deum talis esse natura, ut si essent creature possibiles, eas amare liberè, producereque proximè posset. Quod solum spectat ad perfectionem intrinsecam liberi arbitrij, virtutis que causatiæ Dei. Aliæ enim denominations semiextrinsecæ Deo sunt; & accessoria.

51 Secundò obicitur. Deus suapte natura est verax, iustus, misericors, fidelis &c. Ergo essentialiter expositæ creaturas possibiles, sine quibus hæc virtutes non haberet; quia non haberet potentiam ad earum actus exequendos. Respondeo; ut nuper, casu, quod nulla creatura possibilis esset, fore, ut Deus nihilominus praedictas virtutes haberet quasi in radice, & quantum est ex se. Quod solum pacto sunt virtutes ei intrinsecæ. Quia nimirum talis natura maneret semper, ut si essent creature possibiles, iam tunc absolute esset potens ad exercendum circa illas praedictarum virtutum actus. Quomodo autem ei in ea hypothesi haberet entitatem actus intellectus, & voluntatis ad tales virtutes spectantes, ex dictis circa propositionem secundam compertum est.

52 Tertiò obicitur. Si Deus cum creaturis possibilias conaexus non est, non opus erit ad eum comprehendendum cognoscere creaturem possibilem. At hoc est falsum. Nam ex eo fieret, Beatos eas non cognoscentes comprehendere Deum; cuius nihil eos latet de perfectionibus intrinsecis. Quod tamen est absurdum. Ergo, Lewis obiecit. Primo quia, licet Deus non connectatur cum creaturis possibilibus, adhuc opus est, eas cognoscere, ut ille comprehendatur, supposito, quod iam sunt possibiles, ut constabit ex dicendis infra tract.8. Secundò; quia, licet non esset necessarium cognoscere creaturem possibilem ad comprehendendum Deum, adhuc maneret ille prorsus incomprehensibilis respectu intellectus creati. Quia juxta sententiam communem non quævis intuitio attingens, quidquid est in obiecto, est comprehensionis eius, sed ea tantum, quæ exæquat obiecti cognoscibilatem, prout loco citato explicabitur.

53 Quartò obicitur. Creaturae possibiles sunt obiectum omnipotentis. Sed nulla potentia potest existere sine suo obiecto. Ergo omnipotencia sine creaturis possibilibus esse non potest. Confirmatur. Quia si sublati creaturis possibilibus, maneret adhuc omnipotencia, frustranea foret; cum non posset in ea hypothesi reduci ad actum. Nec valet dicere, creaturem possibilem, non absolute, sed sub conditione, quod si possibiles, esse obiectum omnipotentis. Inde enim fieret, saltem, cum possibilite conditionata creaturarum, connexam esse omnipotentiam. Quo relabimur in eadem incommoda, quæ, sublata connectione cum possibilite absoluta, conanuntur.

54 Hemelman tit. 10. disp. 5. cap. 1. censet, nullam potentiam sine suo obiecto primario existere posse; bene tamen sine secundario. Creaturas

autem possibles respectu omnipotentis tantum esse obiectum secundarium. Primarium enim esse Verbum, & Spiritum sanctum, ad quorū productionis actum ita omnipotencia reducta est, ut ab illo in nulla hypothesi possit cessare. Quo sit, ut in data hypothesi frustranea non foret. Addit, fore etiam, ut tunc reducta esset ad actum productionis negationum omnium entium impossibilium, qua ratione negationes producibilis sunt. Non est locus modo refellendi doctrinam huius Doctoris, mihi quidem nouam, & latè ab ipso propugnatam tota disp. cit. Spectat id ad tract. de Trinit. ubi docetur ex sententiâ communī, omnipotentiam Dei communem toti Trinitati diuinae esse à potentijs rationib[us], à quibus Verbum, & Spiritus sanctus procedunt. Quod autem addit de negationibus etiam falsum est: quia negationes nullatenus à Deo evitabiles, quales sunt negationes entium impossibilium, nullo sensu dici possunt causari à Deo, ut alibi ostendo.

Respondeo ergo ad argumentum, negando **55** absolute minorem, scilicet, nullam potentiam possesse existere sine suo obiecto, seu potius termino, sive actu; si sermo sit de potentia sumpta, non pro denominatione actuali potentie, quæ à possibilite actus desumitur, sed pro entitate, cui talis denominatio accrescit; qualiter in presenti loquimur de omnipotentia Dei. Huiusmodi enim entitas bene potest esse absoluta, non solum ab existentiæ actus, quæ potius, quam possibilis, est terminus eius, sed etiam à possibilite ipsa; maximè, quando ciusmodi entitas quoad vim actionem est infinita, ut in Deo. Cuius subinde absoluta omnipotentia, seu virtus causandi, quidquid est possibile, frustranea non foret casu, quod nulla creatura possibilis esset; quia non est propter creature, ut illas causet; ut fortasse potentia creatæ sunt propter suos actus; sed propter ipsum Deum, ut eum perficiat. Summa enim perfectio est, habere vim producendi, quidquid est producibile, etiam pro tunc, quando supponitur non producibile: sicut habere vim cognoscendi, quidquid est cognoscibile, etiam pro tunc, quando supponitur non cognoscibile. Ex eo autem, quod Deus dicatur habere potentiam causandi creaturam possibilem, si fuerit possibilis, non bene inferatur omnipotentiam Dei connecti cum possibilite creature conditionata. Nam eo modo loquendi dumtaxat volamus, Deum talis esse natura, ut si creatura fuerit possibilis, potens erit absolute ad eam causandam. Vnde Deus non tam est dicendum actum iam potens causare aliquid, si fuerit possibile, quam, talem habere virtutem, ut erit potens causare illud, si fuerit possibile, ita, ut conditio ex parte actus, sive potentia potius, quam ex parte obiecti, seu termini potentia habeat.

Quintò obicitur. Deus suapte natura non potest non esse in omni loco, & in omni tempore; cum sit immensus, & aeternus. Ergo est conexus cum omni spatio, & omni tempore, imaginario. Sed spatium imaginarium nihil est aliud, quam capacitas, & possibilis extensio-nis quantitatis; sicut tempus imaginarium est capacitas, seu possibilis successionis motus. Ergo Deus suapte natura cum possibilite ali- cius creaturae conexus est. Respondeo, Deum ratione immensitatis, & aeternitatis intrinsecæ tan-

Disp. IV. De independentia Dei in essendo, &c. Quæst. II. 97

rancum exposcere correspondere omni spatio, & tempori sibi extrinseco casu, quod tale spatiū, & tempus sint, in quounque deum, consistat spatiū, & tempus seu imaginarium, seu reale. Quemadmodum ratione omnipotentie intrinsecā tantum exposcit, posse absolutes creaturas producere casu, quod illæ sint possibiles. Ex quo patet, non magis ratione immensatis, & aternitatis, quam ratione omnipotentie, connecti eum cum aliqua creaturā possibili.

⁵⁷ Mitto hinc etiam, quod pro hoc argumento soliendo absque necessitate congerit Hemelman tit. 10. citato disput. 6. contendens assignare, etiam immensitatis, & aternitatis Dei terminum primarium intra Deum ipsum, ita, ut spatiū, & tempus imaginarium tantum sint termini secundarij relationis, quam ista attributa præferunt in suo conceptu. Quod ipsum contendit disput. 7. sequente circa attributa Dei negativa. Vniuersaliter enim, quoties aliquid diuinum attributum relata ad aliquem terminum seu posituum, seu negatum distinctum realiter à Deo concipitur, & significatur, censet, & latissime contendit Hemelman, huiusmodi terminum secundarium dumtaxat esse, relationem autem ad illum veram esse, & realem; esse tamen eam dumtaxat habitualem, atque adeò prorsus inconnexam cum tali termino secundario, actualem vero respectu termini primarij, omninoque connexam cum illo; qui proinde non potest non esse aliquid intrinsecum Deo, à quo talis relatio sumat speciem, & perfectionem. Verum iam dixi supra num. 20. hanc, quam vocat Hemelman, relationem habitualem ad terminum secundarium, revera nihil differre à denominatione semiextrinsecā, quam nos relatè ad talem terminum concipi mus; cùm tamen formalitas Dei, supra quam cadit, intrinsecè ad ipsum terminum nullo modo sit relata re ipsa. Ad aliquid autem Deo intrinsecum tanquam ad terminum primarium formalitas Dei cum tali intrinsecō identificata realiter referri non potest, ut ex doctrinā traditā supra disput. 2. quæst. 5. constat. Nec semper per rationem nostram refertur, quoties refertur semiextrinsecē ad terminum extrinsecum Deo, ut discurrant per eiusmodi denominationes ipsi Deo semiextrinsecas compertum fiet. Ex quibus patet, quā falsa, quānque ex vna parte insufficiens, ex aliā verò frustanea sit ad rem doctrina Hemelman.

⁵⁸ Sexto obiectetur ex Recentioribus, qui ponunt Deum connexum cum creaturis possibilibus ratione scientiæ, quam de illis habet. Actus, quo Deus cognoscit possibilitem Petri, suapte, natura est expressa representatio eius, eaque iudicativa, & omnino infallibilis. Ergo casu, quod talis possibilis deficeret, non posset esse talis actus. Ergo connectitur cum illa. Hoc argumentum eadē vi retorquetur in actu, quo Deus cognoscit existentiam Ioannis, cuius illa eadē ratione est expressa representatio iudicativa, & infallibilis; & tamen certissimum est, Deum quoad entitatem ratione talis actus cum existentiā continget Ioannis connexum non esse. Respondeo ergo, actum scientie de possibiliate Petri perinde, atque actum scientiæ de existentiā Ioannis, quoad denominationem quidem esse actualem, & infallibilem representationem sui obiecti, cum illoque ut sic proinde

connexum esse. Secus quoad entitatem. Atque ita casu, quod obiectum deficeret, fore, ut deficeret denominatio, qua Deum cognoscentem illud modò denominat, nullatenus deficiente entitate Dei. Quomodo autem eiusmodi denominatio ad defectum tantum virtualem entitatis actus deficeret, per existentiamque virtualem supra formalem ipsius actus compleatur, supra num. 40. tetigimus, & infra in tractatibus de Scientia, & Voluntate Dei ex professō expōnemus.

Hinc sit, ex hypothesi, quod possibilia essent impossibilia, & impossibilia possibilia, fore, ut Deus cognosceret veritates obiectivas, quas illa haberent in tali hypothesi, & modò non habent, per actus scientiæ, quos Deus habet modò quoad entitatem solum, & tunc insuper quoad denominationem haberet. Nec tales actus superflui in Deo putandi sunt; quod absolute sit impossibile, eos denominare Deum cognoscentem veritates, quæ in dicta hypothesi cognoscibiles essent, & modò incognoscibiles sunt: quia potius sunt necessarij omnino ad plenitudinem infinitatis scientiæ Dei; ad quam spectat, quod sit ab intrinseco cognoscitus, non solum veritatum, quæ modò extant, sed etiam earum, quæ in quavis hypothesi quantumvis impossibili extarent. Quemadmodum ad plenitudinem infinitatis omnipotentie Dei spectat, quod sit ab intrinseco producīvus, non solum eorum, quæ modò producibilia sunt, sed etiam eorum, quæ in quavis hypothesi quantumvis impossibili producibilia forent iuxta ea, quæ dicebamus num. 32.

Denique obiecti solent aliqui Patres cum S. Thom. qui scientiam Dei cum creaturis connexam, ad illas ve relatas ponunt. Sed facile explicantur de scientiæ quoad denominationem; quo pacto absolutè dicitur scientia faciens Deum scientem. Ut sic enim, vt pote infallibilis, cum creaturis etiam futuris connexa est: tametsi quoad entitatem præcisè ab illis, etiam vt possibilibus, absoluta sit, ut probauimus. Quomodo autem nihilominus Verbum diuinum, ex cognitione creaturarum possibilium, aut etiam futurarum possit procedere formaliter quatenus Verbum etiam earum est, in tract. de Trinit. expōnitur.

Præter hæc, Recontiores illi commemorati supra, qui tam impossibilitatem impossibilium, quam possibilitem possibilium realiter identificatam ponunt cum Deo; coque iure, cum vtrāque ponunt Deum connexum, censes nihilominus, eum cum nullo à se distincto connecti, v. supra notauimus; alijs quibusdam argumentis fidenter censem, se doctrinam nostram labefactare. Primum tale est. Deus essentialiter est distinctus à Petro, & à chymera; talisque distinctio essentialiter habet maiorem amplitudinem quam, si esset distinctio Dei à sola chymera. Sed non haberet, nisi Petrus esset distinctus à chymera. Ergo essentialiter talis distinctio, & consequenter Deus, cui ea est essentialis, cum eo connectitur, quod Petrus sit distinctus à chymera. Quod est, connecti cum eo, quod Petrus sit possibilis. Hoc argumentum, siquid probat, probat vtique contra arguentem, Deum essentialiter connecti cum aliquo distincto à se; siquidem, Petrum esse possibilem, præter possibilitem identificatam cum Deo, inuoluit Petrum à Deo distin-

ctum iuxta arguentem ipsum. Respondeo ad illud facile, distinctionem, qua Deus distinguitur à Petro, & à chymāra, non ita esse essentialē. Deo, ut sit adiquatē intrinseca ipsi; est namque semiextrinseca, utpote inuoluens in suo conceptu reali, sicut & alia quāuis distinctionē, omnes terminos, sive conceptos obiectūs, qui per eam dicuntur mutuō distingui. Vnde Deus non est intrinsecē connexus cum tali distinctionē; quia non est intrinsecē connexus cum conceptibus Petri, & chymāra inclusis in ipsā; tamē ex suppositione talium conceptuum non possit non Deus distingui ab illis. Quo iure ex eadem suppositione potest Deo dici essentialis talis distinctionē; secus verō absolutē. Ex quo sit rursus, vt Deus nullatenus sit connexus intrinsecē cum eo, quod Petrus à chymāra distinctus sit; & si prædicta distinctionē sine hoc stare non posset.

62 Secundum argumentum Recentiorum paulo clarius, quam ab ipsis formatum, tale esse potest. Deus intrinsecē est potens coexistere Petro, si Petrus existat; & impotens coexistere cuius chymāra, si ea existat. At hoc stare nequit, nisi Petrus distinctus sit ab omni chymāra, atque adeo possibilē. Ergo Deus per prædicata sibi intrinseca infert, Petrum esse possibilē, atque adeo cum hoc, quod est, Petrum esse possibilē, intrinsecē connexus est. Quod Deus intrinsecē sit potens coexistere Petro, si Petrus, existat, ex intrinsecā necessitate Dei ad existendum, & consequenter ad coexistendum, cuicunque existentiā deducunt. Quod autem Deus sit intrinsecē impotens coexistere cuius chymāra, si ea existat, inde probant: quia ei intrinsecē impotens coexistere duobus contradictorijs, quā secum fert quāvis chymāra. Si enim, inquiet, Deus posset coexistere duobus contradictorijs, verbi gratia, lux, & carentia lucis; posset distingui realiter à se ipso. Quod tamen ab intrinseco illi manifestē repugnat. Hoc autem secundum sequi ex primo, inde probant: quia, reducta ad actum ēa potentia, Deus simul coexistet luci, & carentia lucis: cūmque existere carentiam lucis sit, nullo modo existere locem, coexistere Deum carentiam lucis, estet nullo modo coexistere Deum luci; cui alijs ponitur coexistere. At omne nullo modo coexistentis luci realiter est distinctum ab omni coexistenti luci. Ergo Deus nullo modo coexistentis luci à se ipso coexistente luci realiter distinctus est. Vnde tandem concluditur, tam impotentem esse ab intrinseco Deum coexistere cuius chymāra, si ea existat; quam impotens ab intrinseco est distingui à se ipso.

63 Hoc argumentum in multis peccat. Primo enim, si quid probat, probat contra suum Auditorem, sicut præcedens, Deum cum aliquo à se distincto connexum esse, nempe cum Petro inclito in eo, quod est, Petrum esse possibilē. Secundo supponit falso, esse prædicatum intrinsecum Deo hoc, quod est, Deum esse potentem ad coexistendum Petro, si Petrus existat. Tale enim non est reuerā, sed semiextrinsecum desumptum scilicet non à sola entitate Dei, sed insuper à possibilitate, aut etiam existentiā Petri Deo extrinsecā. Quo positō, solū potest probari coniunctum ex utrāque esse connexum cum Petri possibilitate; secus Dei entitatem. Tertiō frustra contendit non posse Deum coexistere duobus extremis contradictorijs ex hypothesi, quod ambo existant, absque eo, quod distinguatur à se ipso. Quam-

quam enim Deus absolutē nequeat coexistere duobus contradictorijs, verbi gratia, luci, & carentia lucis; non quidem ex intrinsecā sui respectu pugnantia ad coexistendum illis; sed quia lux, & carentia lucis simul existere non possunt propter absoletā. At vero ex hypothesi, quod lux, & carentia lucis simul existerent, verisimile Deus absque viā nouā contradictionē coexistet illis; quia ex tali hypothesi verum est, existere simul lucem, & carentiam lucis, (quātumuis retentā horum extremonū naturā); atque adeo falsum, nullo modo existere lucem. Nam licet carentia lucis sit formalis exclusio lucis, proindeque ex vi existentiā talis carentia lux non existat, aliunde tamen existit ex vi hypothesis. Efficiturque, vt simul sit verum, facta ipsā hypothesis, existere, & non existere lucem, existereque, & non existere carentiam lucis, existere etiam, & non existere ambo extrema; quā omnia in idem recidunt. De quo videnda plura dicta in Pharo Scient. disput. 3. quæst. 4. & disput. 9. quæst. 5. proposit. 1. Hinc fit, ita esse verum, Deum sub eādem hypothesi coexistere carentia lucis, vt etiam verum sit, coexistere luci, & consequenter coexistere simul ambobus extremis. Falsumque esse subinde, Deum nullo modo in tali casu coexistere luci eo ipso, quod coexistit carentia lucis. Ex quo tandem patet, nullatenus sequi, quod pretendebat argumentum, Deum in tali casu à se ipso distinctam esse; quātumuis absolute sit verum, omne nullo modo coexistens luci distingui ab omni coexistenti luci. Deus quippe, vt vidimus, in tali casu non est aliquid nullo modo coexistens luci, sed aliquid simul & luci, & carentia lucis coexistens,

Vnde etiam constat, nullatenus fore in 64 tali casu, vt Deus indicans existere lucem aut falleretur, aut haberet cognitionem simul veram, & falsam; veram; quia existeret eius obiectum; & falsam; quia simul non existeret. Quod est absurdum ab eisdem Recentioribus per aliud argumentum illatum. Sed constat, inquam, ex dictis, illud non sequi. Quia ad falsitatem iudicij de existentiā lucis requiritur, quod nullo modo existat lux. In casu autem dicto existeret lux ex vi hypothesis; tamē etiam non existeret ex vi existentiā carentia lucis; atque ita ex datā hypothesis utrumque extrellum esset verum, & neutrum vello modo falsum; verisimileque subinde citra omnem falsitatem esset utrumque iudicabile à Deo. Circa quod videnda dicta locis citatis.

Tertium argumentum eorumdem Recentiorum est. Deus ab intrinseco habet, posse, quantum est ex se, producere Petrum, & non chymāram. At hoc stare non potest sine eo, quod Petrus non sit chymāra. Ergo Deus ab intrinseco habet connecti cum eo, quod Petrus distinctus sit à chymāra. Quod ipsum est, connectum eo, quod Petrus possibilis sit. Hoc argumentum imprimis apertius adhuc, quam cetera, retorquetur in Aduersarios. Cum enim, distingui Petrum à chymāra, includat in conceptu suo ipsum Petrum, & chymāram, vt est notissimum; connecti Deum intrinsecē cum hoc, quod est, distingui Petrum à chymāra, erit connecti Deum intrinsecē cum Petro, & chymāra à se distinctis: dicentibus sēpe, atque docentibus Aduersariis ipsis, Deum cum nullo alio à se distincto intrinsecē connexum esse,

cße, vt supra retulimus. Iam verò argumentum fallax esse, vt & præcedentia duo, hanc dubium mihi est. Radix fallacie eius in eo stat, quod, dum comparatur Deus ad Petrum, & ad chymaram, supponunt arguentes, habere Deum respectum aliquem intus, cum circa Petrum, quem non habet circa chymaram. Quod si ita esset, rectè vtique argumentum probaret intentum, iuxta doctrinam à nobis datum supra proposit. 4. Sed nos negamus ita esse. Quo totam eius fallaciam vno istuc præcidiimus.

66 Solutio ergo est, Deum eatenus dici productum, quantum est ex se, Petri, & non chymara, quatenus eius natura est, vt à coniuncto sui, & Petri denominetur semiextrinsecè absolute potens Petrum producere; secus absolute potens producere chymaram à coniuncto sui, & chymara. Quenadmodum calor A à coexistentiā sui, & frigoris denominatur semiextrinsecè dissimilis frigori, non verò item à coexistentiā sui, & calor B dissimilis ipsi calori B. Quo iure etiam dici potest, calorem A, quantum est ex se, esse dissimilem frigori, & non calori B; quiu inde iure posuit, inferri, calorem A intrinsecè connexum esse cum hoc, quod est, frigus distingui à calore B. Namquā enim calorem A esse dissimilem frigori, & non calori B stare non posuit; quin frigus à calore B sit distinctus: quod fatetur. Hoc tamen re ipsa aliud non est, quam coniunctum ex calore A, & frigore non posse esse diversum à coniuncto ex calore A, & calore B, quin calor B, & frigus inter se distinguantur. Quod est verissimum. Secus, calorem A connecti intrinsecè cum ea distinctione. Est quippe aquē ab illa absolutus, ac ab extremis per eam distinctis, & cum ea re ipsa identificatis, vt est notissimum. Est enim sermo de denominatione dissimilis absolute existente, prouenienteque calori A semiextrinsecè à frigore sibi coextincte, & non à calore B etiam sibi coextincte, atque adeò importante distinctionem etiam, existente inter frigus, & calorem B. Et est certissimum, tum distinctionem existentem inter frigus, & calorem B idem re ipsa esse cum extremis distinctis, tum calorem A intrinsecè connexum non esse cum talibus extremis, & consequenter nec cum eorum distinctione prout existentibus: quandoquidem sine illis potest existere, ut constat.

67 Hinc ad rem nostram. Quotiescumque Deus per comparisonem ad Petrum diuersam fortitur denominationem, quam per comparisonem ad chymaram, qualisunque deum ea sit, quantumvis addatur particula quantum est ex se, aut alia similis, firmiter mente tenendum est, tales denominations semiextrinsecas esse Deo: atque ita, licet earum diuersitas essentialiter expoliat distinctionem Petri à chymara; hanc tamen ab entitate diuinâ nullatenus exposci essentialiter: sed prorups ipsi acceptioriam esse, sicut & extreme distincta; à quibus etiam præcisè nascitur ipsa denominationum diuersitas, non à diuersitate habitudinum, sive respectuum intrinsecorum Deo, terminorumque ad talia extrema. Qua vniuersalissima regula vno imperio disjecta sunt cuncta, quæ Recentiores congerunt pro argumenti facti confirmatione,

68 Et quidem, si forma eius fallax non esset, per eam vtique probaretur, nullam omnino denominationem ad aliisque aggregato terminorum,

sive fundamentorum desumptam dari posse, vbi subiectum cum ceteris terminis intrinsecè non esset connexum quatenus connexum cum distinctione eorum ab ipsis met' reipsa indistincta. Quod quām si absurdum, & ex se patet, & in denominatione commemorata, qua calor à frigore sibi coextincte semiextrinsecè denominatur dissimilis, & non ab altero calore etiam coextincte sibi, certe est.

Quartum argumentum ex eisdem Recentioribus sumptum tale est potest. Deus neque, quatenus est ex se, est coniungibilis cum impossibilitate Petri; quia esset, quatenus est ex se, identificabilis cum scientiā absolutā de tali impossibilitate. Et hoc repugnat; quia neque, quatenus est ex se, potest Deus identificari cum aliquo absolute impossibili, qualis est talis scientia. Igitur Deus cum possibilitate Petri connexus est. Hic tangit difficultas de constitutio scientiæ diuinæ. Respondeo vng verbo ex doctrina in præcedentibus tactâ, triduâque fusiis suo loco, Deum iam modo habere identificatam sibi entitatem scientiæ, qua denominaretur cognoscens impossibilitatem Petri casu, quod Petrus esset impossibilis: tametsi modo ab ea talis non denominetur: quia deest tale obiectum. Neque obstat, huiusmodi denominationem absolute esse impossibilem, quod in conditionate sit verum, Deum reverâ, & necessariò habiturum illam in ea hypothesi, quod Petrus reverâ esset impossibilis. Adeò, hoc argumentum, sicut & præcedentia, in Aduersarios ipsos venire retrorquendū. Quod hinc pro ceteris eorumdem, quæ sequuntur notatum esto.

Quinto enim sic argunt. Deus ab intrinsecō habet, posse exercere suas virtutes, vt amicitiam, liberalitatem, fidelitatem, vindictam de peccato, &c. necnon, posse elicere alia decreta sua efficacia circa Petrum, & non circa chymaram. Quod stare non potest, nisi & Petrus distinctus sit à chymara, & actus prædicti Dei circa Petrum distincti etiam sint à similibus circa chymaram, & eo ipso chymaricis. Hoc autem ipsum est, Petrum, & actus prædictos Dei circa ipsum, necnon actum peccati in Petro punibilem possibiles esse. Igitur Deus cum omnium horum possibilitate intrinsecè connexus est. Hoc argumentum, eamdem trium priorum præcedentium formam inculcat, non nihil variatā materiâ. Respondeo ad id, sicut ad illa, denominationem, quam Deus modo habet potentis exercere prædictos actus circa Petrum, semiextrinsecam ipsi esse, vt pote includenter in suo conceptu reali possibilitatem Petri, & talium actum circa ipsum distinctam realiter à Deo. Quia possibilitate, quia carent chymara, & actus similes circa illam, ideo Deus modò noui denominatur pariter potens eos exercere: cum tamen talis natura sit, vt à conforto possibilitatis chymara, & actuum circa ipsam pariter denominaretur, si pariter essent possibiles, ac Petrus, & actus circa ipsum possibiles sunt. Ex quibus patet, nihil magis per hoc argumentum, quām per præcedentia, probari, Deum cum possibilitate possibilium, aut impossibilitate impossibilium à se distinctorum intrinsecè connexum esse.

Verum contra doctrinam nostram ex eadem 71 potest sic argui. Sitque argumentum sextum in isto ordine. Omnipotentia Dei intrinsecè connecta est cum hac veritate conditionata, Si Petrus fuerit possibilis, Deus erit absolute potens illum pro-

dixeris: quia omnipotens Dei intrinsecè est omnipotens ab omni imbecillitate immunis; qualis non esset, si talis veritas deficeret, nempe, si supposita possibilite Petri, Deus non esset absolute potens illum producere. Sed talis conditio nata veritas aliquid importat realiter distinctum à Deo. Ergo, Hoc argumentum etiam est fallax, Nego antecedens. Cuius probatio solum arguit, omnipotentiam Dei talis esse naturę, quę, si purificetur conditio obiecti propositi, cum eius conditionato semixtrinsecè connexa erit. Hoc autem aliud non est, quam fore in tali casu coniunctum ex omnipotencia Dei, & possibiliate Petri intrinsecè connexum cum eo, quod Deus sit absolute potens Petrum producere; quia haec denominatio, & illud coniunctum sunt prorsus idem; coniunctum autem secum ipso intrinsecè connexum est; sed per distributionem accommodam, ut alius, scilicet omnipotentia secum, & possibilis Petri secum. Vnde, si ex suppositione talis coniuncti Deus non esset absolute potens Petrum producere, (qui est casus defectus praedicta veritatis conditionata), quod inde arguitur est, aut possibilitem Petri non esse id, quod est, sed aliud quid impotens fieri, aut omnipotentiam non esse id, quod est, sed aliud quid imbecillus & limitata virtutis. Quod, conuertendo, solum arguit connexionem intrinsecam possibiliteris Petri cum sua essentiā, & omnipotētia cum sua; non cum aliquo alio distincto à se.

72 Ad eundem modum septimo loco aliud eorumdem Recentiorum argumentum sic potest formari. Deus est intrinsecè connexus cum hac veritate conditionata. Si existaret Petrus, cognosceretur à Deo existens sine contradictione: alioquin veritas opposita posset cum Deo componi, nempe, exiturum Petrum sine contradictione, si existaret, & tamen id à Deo ignoratum iri; quod est absurdum. Sed praedicta veritas stare nequit absque eo, quod sit verum, exiturum Petrum sine contradictione, si existaret; quod ipsum est, eum esse possibilem: nam alias cognitio, quam Deus sub data hypothesi haberet, posset esse falsa; quod repugnat. Igitur Deus medià praedicta veritate cum possibilite Petri, sive cum Petro vt possibili connexus est. Quo eodem pacto subinde cum ceteris rebus possibilibus connexus erit. Per eamdemque arguendi formam venit probandum, Deum cum in numeris alijs veritatibus conditionatis à se realiter distinctis esse connexum intrinsecè, utpote ex quarum defectu arguitur aliqua imperficiō repugnans Deo. Tales sunt istae. Si Deus iudicaret, aut reuelaret, Petrum existere, Petrus existeret; si Deus efficaciter decerneret existentiam Petri, Petrus existeret si Petrus existit, à Deo vt à causa existit; si peccatum existit, à Deo vt à causa non existit; & cetera similes. Etenim, si prima talium veritatum deficeret, per positionem videlicet contradictionis, iudicium Dei sub data hypothesi esset falsum; similiterque Dei reuelatio. Si secunda, decreta Dei efficaciter frustraretur. Si tercia, Deus non esset causa prima respectu Petri. Si quarta, Deus esset causa peccati. Quia omnia manifeste repugnant Deo. Caterum huiusmodi forma arguendi haud dubie fallax est, vt vidimus circa argumentum præcedens, quod sub illam cadit; candomque proinde solutionem habent, quæcumque cedentia sub illam contra sententiam nostram opponi possunt. Ut illam exhibeam, prænoto, cognitionem, aut volitionem Dei de obiecto Deo extrinsecō extinsecam item impræsentiarum re-

putari quoad denominationem: quia vt sic vel est contingens, si obiectum est contingens, vel mindis necessaria, quam Deus, si obiectum est necessarium; quidquid sit modo de illa questione, an actus diuinus intellectus, & voluntatis adquæ intrinseci Deo sint constituendi, vel tunc. Quo posito,

Dico, Deum cum nullā conditionatarum, 73 veritatum, quæcum proposita, aut similiū intrinsecè connexum esse. Incommoda autem, quæ sub earumdem hypothesi ex earum defectu sequentur contra diuinam perfectionem, solum arguere, Deum absolute talis naturę esse, vt si earum purificaretur conditio, ab huius consortio semixtrinsecè connexus esset cum ipsarum conditionato. Itaque Deus talis naturę est, vti si adiungatur ei existentia Petri, quę est obiectum cognoscibile, non posse non in eius cognitionem prodire; absolute tamen, & ab intrinsecō nec posse existentiam Petri, nec eius cognitionem. Similiter Deus talis naturę est, vti si semel concipiatur iudicium, aut proferat reuelationem de existentia Petri, non posse non Petrus existere; absolute tamen, & ab intrinsecō, sicut cum existentia Petri connexus non est, ita neque cum iudicio, aut reuelatione de illa. Pariterque est ratio in eandem de ceteris.

Sed dices. Deus de facto, & absolute, in 74 dependenterque à purificatione conditionum, praedictarum veritatum necessitatus est ad eas iudicandas, utpote qua per iudicium absolutum ex parte actus iam nunc iudicabiles sunt. Ergo Deus medio tali iudicio cum talibus conditionatis veritatibus intrinsecè, & absolute connexus est. Distinguo antecedens. Necessitatus est ad eas iudicandas necessitate intrinsecā nego antecedens, necessitate extinsecē ei proueniente à consilio earumdem veritatum; concedo. Et nego consequiam. Itaque sicut ex suppositione tantum, quod detur haec veritas absolute Petrus existit, tenetur Deus illam cognoscere, tum illi coexistere, & ceteris, quæ necessariō ex illa, sequuntur. Ita ex suppositione tantum, quod detur haec veritas conditionata. Si existaret Petrus, cognosceretur à Deo existens sine contradictione, tenetur Deus illam cognoscere, & ei atque alijs ex illa sequuntis coexistere; pariterque dicendum de reliquis. A quibus omnibus nihil minus intrinsecē, & absolute absolutissimum est; Per quæ omnibus in argumento propositis plane videtur satisfactum. Ac demum hucusque omnibus etiam, quæ Recentiores saxe citati congesserunt, acutē lane, sed, mē quidem iudice, falaciter.

Restat, vt argumentum diluamus, quod 75 multis ex Aduerarijs valde efficax visum est contra sententiam nostram; & est huiusmodi. Deus cum suis attributis necessariis intrinsecè est connexus tanquam cum suis passionibus seu logicis, seu metaphysicis; quemadmodum quævis alia essentia cum suis passionibus tibi necessariō annexis intrinsecè connexa est, vt constat. Sed multa huiusmodi attributorum pro formalī dicunt negationem realiter distinctam, ab ipso Deo, vt esse unicum, esse increatum, esse incorporeum, impeccabilem, inuisibilem, incomprehensibilem, &c. quæ proinde attributa negariua dicuntur. Ergo Deus cum multis negationibus à se distinctis, non solum prout possibilibus, sed prout absolute existentibus est connexus intrinsecè. Quidni ergo cum creatu-

Disp. IV. De independentia Dei in essendo, &c. Quæst. II. 101

ris possibilibus, aut etiam cum alijs veritatis a se distinctis connexus erit? Quæ enim ex connexione cum creaturis possibilibus, aut cum alijs distinctis veritatis deducuntur inconvenia, potiori iure videntur deduci posse ex connexione cum eiusmodi negationibus. Recentiores, cum quibus in superioribus egimus, respondent, predictas negationes, quæ omnes chymarum impossibilium sunt negationes, realiter esse idem cum Deo; nihil autem mirum, quod Deus intrinsecè secum ipso connexus sit: opinantur namque uniuersæ negationes omnes cum rebus identificari: quæ impedimento sunt rebus negatis, ne existant: unamquamque enim rem per aliam oppositam libi formaliter excludi, & negari: eoque iure per entitatem diuinam excludi formaliter omnem chymaram, ut per rem sibi oppositam. Ceterum, quam fallit sit doctrina hac, abunde ostendimus in Pharo Scient. disput. 9. quæst. 3. Vbi statuimus, per negationes entium tam impossibilium, quam possibilium nullatenus ponit quidam reale interiorum natura: sed potius auferri: tantum abest, ut illæ sunt identificate cum rebus positivis. Quia tamen verum est nihilominus, à parte rei non existere chymaras impossibilis, sicut neque creaturas pure possibilis: (quæ negationes veritates à parte rei non in positione, sed in remotione entium, seu possibilium, seu impossibilium constitut, cum nulloque positivo ente subinde sunt identificate, tametsi à nobis ad instar entium positiorum sepe concipi solent, prout late expositum loco citato, & supra etiam disput. 2. quæst. 3. tertius); quod argumentum propositum intendit est, Deum, cum eius veritatibus negatiis à se distinctis connexionum intrinsecè esse, per quas remouentur chymaras ipsi repugnantes, ut sunt alter Deus, peccatum proprium, creatio sui, corporeitas, comprehensio creaturae, &c. quas veritates negationes, seu negationes chymarum praefuerunt in suo conceptu attributa Dei negativa commorata.

⁷⁶ Et confirmari argumentum potest primo. Quia Deus suapte naturæ, atque adeo ab intrinseco est incompatibilis cum altero Deo, & cum peccato proprio, cum alijsque huiusmodi chymarum, & consequenter eis oppositus. Sed omne extreum oppositum alteri cum huius contradictione connexum est, ut constat. Ergo Deus ab intrinseco connexus est cum negationibus alterius Dei, & peccati proprii, aliarumque huiusmodi chymarum.

⁷⁷ Secundò confirmari potest. Quia, ex hypothesi quod alter Deus existet, deficeretur subinde negatio eius, necessario non existere, siue deficeret verus Deus. Ergo verus Deus intrinsecè connexus est cum negatione alterius Dei. Consequens videtur evidens. Quia id dicitur intrinsecè connecti cum alio, quod sine eo esse non potest, adeo, ut ad defecum eius necessario deficeret. Anecedens autem probatur: quia titulo oppositionis, quam verus Deus habet cum altero Deo, hæc est bona consequentia, Verus Deus existit. Ergo alter Deus non existit. Ergo iuxta tritam, & certam regulam Logicorum à contradictorio consequens ad contradictorium antecedentis hæc etiam erit bona consequentia. Alter Deus existit. Ergo verus Deus non existit. Ex hypothesi ergo, quod alter Deus existet, necessario

non existeret verus Deus. Quod erat probandum. Tantumdemque est de negatione cuiusvis alterius chymarae opposita, seu repugnantis Deo.

Tertiò confirmari potest. Quia Deus ita, ⁷⁸ est ab intrinseco infinitè perfectus, & bonus, ut, si haberet aliquam imperfectionem, sine malitia aut moralem, aut physicam, eo ipso non esset Deus. Ergo, si haberet peccatum, aut confortium alterius Dei, aut esset producens ab alio, aut comprehensibilis, aut corporeus, &c. eo ipso non esset Deus. Ergo quoad quiditatem, atque adeo etiam quoad existentiam intrinsecè connexus est cum negationibus barum, sumiliumque imperfectionum.

Sed, his omnibus non obstantibus, doctrina nostra firma perficiunt, vt ex eorum solutione patet. Respondeo ad argumentum. Deum, pro diversitate attributorum sibi necessario annexorum, quæ habet, diversimode connecti cum illis tanquam cum suis passionibus seu logicis, seu metaphysicis: (id quod & alijs essentijs commune esse solet iuxta doctrinam uniuersalem passionum traditam in Pharo Scient. disput. 17. quæst. 18. & disput. 22. quæst. 2. & supra etiam disput. 3. quæst. 2. commemoratam). Nimirum cum attributis sibi intrinsecis connectitur Deus: hoc tamen aliud non est, quam secum ipso connecti, ut constat. Cum attributis vero semiextrinsecis, qualia sunt negativa, de quibus argumentum agit, tantum connectitur semiextrinseci, atque adeo ex suppositione alicuius extrinseci realiter distincti à se. Quod est, conjunctionem ex Deo, & ex tali extrinseco connecti cum attributo semiextrinseco Dei, & consequenter cum eo connotato etiam extrinseco, per quod illud in suo conceptu compleetur: quin Deus per se præcisè, atque adeo intrinsecè cum tali connecto extrinseco connexus sit. Itaque supposta quiditate obiectua alterius Dei chymarici, & peccati proprii, & aliarum imperfectionum sibi protinus impossibilium, Deus verus optim. max. necessario est oppositus alteri Deo chymarico, peccato proprio, & alijs eiusmodi imperfectionibus: & consequenter ex eadem suppositione, atque adeo semiextrinseci necessario est connexus cum negationibus alterius Dei, peccati proprii, & aliarum imperfectionum; quin per se præcisè, atque adeo intrinsecè sit connexus cum illis; ut neque cum ipsa suppositione intrinsecè connexus est.

Ad primam confirmationem respondeo, ⁸⁰ Deum quidem suapte naturæ, & essentiæ oppositum esse alteri Deo, & peccato proprio, alijsque huiuscmodi chymarum sibi penitus repugnantibus, & consequenter connexum esse cum negationibus earum, qua ratione omne extreum alteri oppositum cum huius negatione connexum est. Quia tamen omnis oppositio denominatio est semiextrinseca comparatione viuisque que ex extremis oppositis: atque ita connexio cuiusvis eorum cum negatione alterius oriunda ab ipsa oppositione, siue fundata in ipsa etiam est illi semiextrinseca, utpote supponens, atque inuoluens in suo conceptu reali quiditates amborum extremitatum oppositorum, prout statutum est in Pharo Scient. disput. 14. quæst. 4. proposit. 3. idcirco tam oppositio cum altero Deo, peccato proprio, & alijs eiusmodi chymarum, quam connexio cum negationibus earum, quas Deus habet, ipsi sunt semiextrinsecæ. Cum talibusque sub-

subinde negationibus intrinsecè connexus non est, id quod inde etiam manifeste conspicitur: quia data hypothesi, quod tales negationes de-estent, sive desinerent esse vera, non per po-
sitionem chymaricam, quas excludunt, sed per defec-
tum veritatis obiectus quiditatium chyma-
tarum ipsarum: nequit igitur esse vera vla-
negatio, nisi aliquius quiditatis in re conceptis
bilis, & vera obiectus intra statum quiditatuum
vegetiorum, iuxta dicta in Pharo Scient, disput. ro,
quæst. 4. & disput. 11, quæst. 2. & disput. 12, quæst. 1.
& 5. & disput. 13, quæst. 1. & 2); data, inquam,
tali hypothesi, nihilominus existet Deus, ut
ex dictis hactenus constat. Quod tamen fallum
est, si Deus cum dictis negationibus intrinsecè
connexus est, ut etiam ex dictis est notum.
Ita autem in casu talis hypothesis existet Deus
prolatus immunis à consilio alterius Dei, pec-
cati proprii, & aliarum imperfectionum, ut ipsa
immunitates reuerae adequate essent intrinsecæ
Deo; quia tunc non complecentur in concep-
tu suo, uti complementum modo, per aliquam veram ne-
gationem alterius Dei, peccati proprii, & alia-
rum imperfectionum. Vnde sequitur inferen-
dam, modò, & de facto duplex genus in immuni-
tatem à predictis imperfectionibus venire distin-
gendum in Deo. Aliæ enim sunt adequate in-
trinsecæ Deo, consistentes in ijs formalitatibus
Dei ab ipso realiter indistinctis, quæ correspon-
dunt negationibus veris talium imperfectionum.
Aliæ semiintrinsecæ Deo, quæ per ipsas negationes
ut per extrinsecæ connatae complentur in
conceptibus suis, & haec posteriores sunt, quæ
per nomina attributorum negationum significan-
tur; de quibus imprimis agimus.

81. Iam ad secundam confirmationem respondo, concedendo, ex hypothesi, quod alter Deus chymarus existet, fore vtique, ut non
existet verus Deus; ut de facto ideo non ex-
sistit alter Deus chymarus; quia verus Deus
existit; proindeque indemnè hic etiam seruari
regularum Logicorum de bonitate illationis à con-
tradictorio consequentis ad contradictorium an-
tecedentis. Ex his tamen concessis non bene-
inferatur, Deum verum intrinsecè esse connexionum
cum negatione alterius chymarici: quia defi-
cens Dei veri in data hypothesi non sequeretur ex
eo, quod deficeret aliquid, cum quo Deus verus
intrinsecè connexus sit, sed ex eo, quod po-
neretur aliquid, cui Deus verus essentialiter op-
positus est. Defectus quippe vniuersusque ex
duobus capitibus nasci potest, nempe, vel quia
debet aliquid, sine quo illud esse non potest, vel
quia adest aliquid, cum quo illud esse non potest; ex
quibus primum à secundo separabile est; in-
catuque hypothesis nostra separaretur. Deficit
enim verus Deus in casu existentia Dei chyma-
rici, præcisè quia hic adest, non quia defi-
cens eius negatio: quandoquidem deficiente hac
aliter, quam per illius positionem, firmus per-
sistet Deus verus iuxta dicta num. præced.

82. Hinc ad tertiam confirmationem respondeo
pariter, concedendo, ex hypothesi, quod Deus
aliquam imperfectionem haberet aut moralem,
aut physicam, fore vtique, ut non esset Deus, &
consequenter neque existet. Non quidem quia
in tali hypothesi deficeret aliquid à Deo distinctum,
cum quo ipse intrinsecè connexus sit, sed quia
poneretur aliquid destructionum essentia ipsius.
Casu enim quod aliquam imperfectionem habe-
ret, oppositus illi non esset, & consequenter non

est Deus: cum sit plane de essentia Dei, omni
imperfectioni tibi propria omnino opposi-
tum est.

Sed dicet aliquis contra doctrinam illam, 83
primo: Deus, quod est infinitè magis necessa-
rius, quam quisvis aliis concepsis obiectus,
à nullo potest dependere quodad existentiam de-
pendentia identificare connexionis. Ergo, eodem
majoris necessitatis titulo ex nullius alterius con-
ceptus hypothesi sequitur, Deum ipsum non ex-
istit. Concesso antecedente, nego conse-
quentiam propter discrimen, quod ad rem ha-
bent connexionem, & oppositio. Esse enim conne-
xum intrinsecæ extrellum magis necessarium cum
minus necessario prorsus repugnat, ut ex dictis
in precedentibus constat: at esse oppositum se-
miextrinsecæ extrellum magis necessarium minus
necessario, nihil est quod prohibeat, ut etiam
ex dictis est notum. Sieut ergo major necessitas
Dei non obstat, quominus essentialiter sit oppo-
situs imperfectioni tibi impossibilis: ita neque ob-
stat, quominus ex talis imperfectionis hypothe-
si sequatur ipsum non existit. (Alioquin, si
id non sequeretur, non esset per suam essentiam
tali imperfectioni oppositus, uti supponitur).
Quantumvis major necessitas Dei obstat, quomi-
nus intrinsecæ sic connexus cum aliquo minus ac-
cessorio; & consequenter, quod ex hypothesi de-
fectus huius sequatur, ipsum non existit, titulo
talis connexionis.

Secundò dicer aliquis. Inde rejecimus à 84
Deo intrinsecam connexionem cum aliquo ci-
stincto a te: quia indigeret illo ad existendum;
quod est imperfectio circumpugnans. Sed si verum
est, Deum non existit ex hypothesi, quod
existet aliqua eius imperfectio, sequitur Deum
ad existendum indigere, quod talis imperfectio
non existat. Igitur, ne Deo appingatur talis
indigentia imperfectio, dicendum est, id non
est verum. Respondeo indigentiam absolutam
aliquius à se distincti oriundam in Deo ex intrin-
secæ connexione ipsius cum illo imperfectionem
esse alienam ab ipso: secus indigentiam ex sup-
positione oriundam ex connexione semiintrinsecæ,
qualem solam habet Deus cum negatione im-
perfectionis tibi impossibilis. Ut enim connexio
hac non tam est Dei, quam conjuncti ex Deo, &
ex quiditate talis imperfectionis iuxta superioris di-
cta; ita etiam indigentia fundata in illa non tam
est Dei, quam ipsius conjuncti. Nihil autem ve-
rat conjunctum ex Deo, & ex alio quopiam indi-
gere tertio aliquo, quo Deus solus absolute non
indiget.

Ex quibus omnibus iam tandem appareat, 85
quomodo Deus cum negationibus à se distinctis
imperfectionibus tibi repugnantibus spectantibus
ad aliqua ipsius negativa attributa intrinsecæ
connexionem non sit, prout prætendebat argumen-
tum factum num. 75, cum suis confirmationibus;
sed tantum semiintrinsecæ.

Postremò contra doctrinam nostram obi-
ci potest. Deus intrinsecè connetur cum hac
veritate Negatio Dei est impossibilis. Sed hac ve-
ritas distincta à Deo est. Ergo Deus cum ali-
quo à se distincto est connexus intrinsecè. Con-
sequenter est legitima. Et minor est certa: quia
negatio impossibilis Dei chymara quedam-
est impossibilis, ut constat. Et que certum, nol-
lam chymaram impossibilem esse identificatam
cum Deo. Major autem ostenditur. Quia, si
negatio Dei non esset impossibilis, Deus non
est.

Disp. IV. De independentia Dei in essendo, &c. Quæst. III. 103

eset necessarius in existendo, atque adeo quiditas eius, & consequenter eius existentia deficeret, vt est notissimum. Respondeo, Deum intrinsecè connecti cum impossibilitate sua negationis, vt pote quæ aliud non est reipsa à sua intrinsecè necessitate, vt dicebamus disp. 3. n. 23. non verò connecti intrinsecè cum ea veritate, Negatio Dei est impossibilis: quia hæc complectitur tunc dictam impossibilitatem indistinctam à Deo, tunc negationem distinctam, quare ratione negatio, & ens negatum inter se ut nonjens, & ens distinguantur. Vnde casu, quod ea veritas complexa deficeret defectu partis à Deo indistinctæ, nihil mirum, quod quiditas, & existentia Dei deficerent. Secus tamen foret, casu quod ea veritas deficeret defectu partis à Deo distinctæ, deficiente scilicet negatione Dei quoad suam quasi quiditatem; (veram enim quiditatem non habent negationes, vt sèpè noctaquimus), ita videlicet, vt ea non eset negatio, sive remotione Dei. Ex quibus patet, solum probari argumento facto, Deum cum impossibilitate sua negationis à sua necessitate indistinctæ connexionem intrinsecè esse, non item cum integrâ veritate, predicitæ à Deo distinctæ suo modo tanquam includens ab inclusu. Quo firma, & stabilis manet doctrina nostra in superioribus statuta.

QVAESTIO III.

Vtrum Deus aliquibus extremis à se distinctis oppositus sit. Et qua ratione.

37 **I**ungimus quæstionem hanc præcedenti; ea quod oppositio contraria connexioni est, & quædam secum fert connexionem, qua quodvis ex extremis oppositis cum alterius contradictrio connexionem est. Opposita autem vniuersè ea extrema dicuntur, quorum unum simul cum altero esse non potest. Vnde oppositio extremitum necessarij est mutua, & cuiuscorum semper extrinseca. Omnisque ad contradictriam inter ens, & suam negationem repertam, & ad contrariam repertam inter quælibet alia extrema reducenda venit. Et contradictria quidem semper; contraria verò sèpè est metaphysica omnem omnino excludens potentiam, qua simul esse possint extrema opposita. De qua solum in præsenti habentibus est sermo, suppositis his imprimis, & alijs pluribus latius ad rem epositis, & demonstratis in Pharo Scient. disput. 14. quæst. 3. & 4. Nec non ijs omnibus, quæ de statibus entium in eadem Pharo Scient. disput. 10. tradicta sunt.

38 Præter quæ suppono primò ut prorsus certum, Deum nulli earum veritatum, cum quibus de facto coniungitur, ad quæcumque statum illæ pertineant oppositum esse: quia extrema opposita coniungi de facto non possunt; cum si necesse deesse unum, quando alterum adest. Vnde constat primò, Deum neque impossibilitati possibilium, neque impossibilitati in possibilium, neque cæteris veritatibus ad ea utraque pertinentibus intra statum quiditatum absolutum, & conditionatum, intra statumque existentialem conditionatum oppositum esse. Secundo constat, neque esse oppositum existentie absolutæ

quorumuis entium, aut negationum absolute existentium, neque ullis veritatis ad ea utraque spectantibus intra statum existentialem absolutum. In summa, Deus nulli obiecto vero potest esse oppositus quoad illud esse, secundum quod de facto est verum, unde relinquitur, quod sol in possit esse oppositus obiectis non veris, quod illud esse, secundum quod de facto non sunt vera.

Suppono secundò etiam ut certum, Deum nulli enti, nallique negationi entis possibili posse esse oppositum quoad existentiam absolutam: quia omne ens, omnisque negatio, cuius existentia absoluta est Deus oppositus, eo ipso est chymara impossibilis: quia requirit absolute existere aut cum Deo, cum ipsi opponatur, aut sine Deo, cum ipse nequeat deficeri; & alius modus non est absolute existendi. Vnde relinquitur, solis chymarum impossilibus seu policiis, seu negationis posse, Deum oppositum esse quoad existentiam abolutam.

Suppono tertio etiam ut certum, Deum nulli puræ negationi entis esse oppositum quoad absolutam existentiam, præterquam viriæ negationi chymaricæ sui. Quia, præter hanc, nulla pura negatio entis est chymara impossibilis; si quidem omnis fuit absolute existens (qua ratione negationes existere dici possunt) ab æterni, & per totum tempus, in quo, præter unum Deum, nullum absolute existens possumus, ut docet fides. Dico autem pura: quia mixta ex negatione, & ente postiuo bene poterit esse chymarica. Et quidem, si alii puræ negationi entis à se distincti esset Deus oppositus quoad existentiam absolutam, talis negatio necessario deficeret per existentiam absolutam entisibi contradictrij, ut constat. Aliquodque subinde ens positum à Deo distinctum necessarij existeret absolute. Quod est absurdum contra rationem, & contra fidem. Potro negationi chymaricæ sui oppositione contradictria oppositum Deus, ipsique soli opponitur contradictrio: quia virius entis una solum negatio, atque adeo unum solum extreum contradictionis oppositum datur, ut constat ex doctrina tradita in Pharo Scient. disput. 9. quæst. 3. Quidquid in oppositum dicant nonnulli Recentiores.

Suppono quartò etiam ut certum. Ijs omnibus chymarum impossilibus esse Deum oppositum quoad absolutam existentiam, quæ ex suo quiditatu conceputa imperfectiones sunt ipsius Dei vel morales, vel physicae. Quia Deus ab omni propria imperfectione ita omnimodis necessarij est immunitis, ut neque per earum aliquam infici, sive imperfectus reddi; neque cum earum aliquæ compati, seu coexistere possit. Quod ipsum est, esse Deum oppositum illius absolutæ existentiae. Hoc titule oppositum Deus alteri Deo chymarico, peccato proprio, productioni sui ab alio ente, comprehensioni creatæ sui, cuius propter mutationi, & cæteris huiusmodi imperfectionibus. Quarum nulla potest esse pura negatio entis distincti à Deo, iuxta doctrinam stabiliter suppositione præcedente. Vnde patet omnem imperfectionem Dei excogitabilem puræ negationem alicuius attributi intrinseci Deo debere necessarij esse, atque ita in unicam negationem chymaricam ipsius Dei debere quoque necessarij re ipsa recidere.

His

92 His omnibus tanquam certis suppositis, examinandum superest primum. An Deus omnibus chymaris impossibilibus oppositus sit quo ad existentiam absolutam. Recentiores quidam, cum quibus egimus quæst. præcedent, affirman: sed falso subnixi fundamento. Quia videlicet, si Deus coexistet duobus extremis contradictionis, quæ secum ferri necessariò omnis chymera, sequitur, vt ipsi putant, Deum à se ipso distinguere, quod tamen ei repugnat. Verum id nullatenus sequi ibi ostendit est contra ipsos n.63. Secundò superest examinandum. An Deus, vel omnibus, vel aliquibus chymaris oppositus sit quo ad earum quiditatem, seu absolutam, seu conditionatam; aut quoad earum existentiam, conditionatam.

Propositio I.

93 Existimo, Deum non omnibus chymaris esse oppositum suæ naturæ quoad existentiam absolutam.

Quia multæ sunt, quibus Deus, quatenus est ex parte suâ, bene possit coexistere, si aliunde illis non repugnaret existentia absoluta. Tales enim imprimis sunt omnia coniuncta extremonum invicem sibi contradicentium, quorum positum est creatura possibilis, v. g. coniunctum ex Petro. & ex sua negatione. Quia nihil cernitur ex parte Dei, propter quod ipse sit impotens ab intrinseco ad coexistentem hisce coniunctis, si aliunde non esset eis impossibilis existentia absoluta; siquidem extremonum contradictionis, ex quibus unumquodque constat, cuilibet seorsim ab altero potest Deus coexistere; & ex eo quod ambo simul coexistet casu, quod existent ambo simul, nulla noua videtur ex parte Dei repugnante sequi, præter eam, quam ipsa extrema inter se habent, & secum feruntur. Deinde tales etiam esse videntur omnes aliae chymarae, quæ ex una parte aliunde, quam ex coniunctione cum Deo, habent esse impossibilis, ex alia verò nullam ex suo conceptu præferunt, aut inferunt, siue supponunt imperfectionem Dei. Quales haud dubie sunt unio extremon inunibilium, coniunctio extremonum metaphysicè contrariorum, & uniuersim omnis actus, ad quem est intrinsecè impotens iubilectum eius, vt cognitio oriunda à lapide, frigescatio oriunda ab igne, receptio formæ in materia penitus incapaci, &c. Etenim, vt constat ex doctrinâ traditâ quæst. præced. Deus virtutem habet absolutam, quantum est ex se, cauiliam omnium chymarum impossibilium, quæ cauila nullam ipsi ex conceptu suo imperfectionem appingerent, pro causa, quod illæ essent possibiles, atque adeò causabiles; talis autem virtus stare non potest; quin Deus si uidet, quantum est ex se, potens ad coexistentem eisdem chymaris pro causa, quod illæ absolute existent. Quod ipsum est, Deum natura suâ nullatenus oppositum esse dictis chymarib; quoad existentiam absolutam.

94 Et quidem, secluso titulo alicuius imperfectionis propriæ à consilio chymarae oriundæ, nullus alijs videtur excogitabilis, cur Deus chymarae suæ naturæ sit oppositus quoad existentiam absolutam. Vbi ergo nulla talis imperfectionis ex coexistentiâ Dei cum chymara apparet, nulla talis Dei oppositio cum chymara affenda est. Nec refert, extremon nullam diuisientiam absolutam.

nam imperfectionem inferens, in se, aut comparatione creaturæ quantumvis imperfectum, aut malum esse, quominus Deus de suo possit cum eo coniungi, eique subinde quoad existentiam absolutam non sit oppositus suâ naturâ: siquidem nihil imperfectius, & peius est, quam peccata, creaturarum grauissima; cum quibus nihilominus Deus de facto coniungitur, & eis coexistit; immo & ad actiones physicas eorum iuando creaturas ipsas concurrevit. Quidni ergo cuius chymarae nullam sibi imperfectionem propriam adferenti poterit de suo circa oppositionem coexistere; quantumvis ea sit alias imperfecta, & mala in se.

Propositio 2.

Deus nulli chymarae est verè formaliter oppositus quoad quiditatem eius fidicam aut absolutam, aut conditionatam. Äquivalenter verò ijs tantum censemur opponi, quæ sibi imperfectionem aliquam appingunt quoquo modo.

Loquor de quiditate chymarae facta. Nam veræ quiditatis chymarae Deum non esse oppositum, siquidem de facto cum ea coniungitur, tanquam prorsus certum statuimus suppositione prima. Suppono autem pro intelligentia & probatione propositionis ex doctrinâ uniuersali traditâ in Tharo Scient. disp. 10. quæst. 4. & disp. 11. quæst. 2. duplex esse genus chymarum; alterum earum, quæ tam à cognoscitibus per species proprias, quam à cognoscitibus per alienas conceptibiles sunt; alterum earum, quæ tantum à cognoscitibus per species alienas sunt conceptibiles. Et priores quidem veras quiditates habere intra statum quiditatum tam conditionatum, quam absolutum. Postiores verò non item; sed prorsus esse ficticias sumptas formaliter: tametsi per quamdam äquivalentiam sèpe veritatem præferant assumptam ab alijs obiectis aut possibilibus, aut impossibilibus veram quiditatem habentibus quibus äquivalent, vel quæ supponuntur. Omnis autem fictio quiditatis tandem reducitur ad identitatem ficticiam extremon in se distinctorum, aut ad distinctionem ficticiam extremon in se identificatorum. Recognoscatur hæc doctrina latius exposita locis citatis. Ex qua colligitur imperf. præsentem propositionem solum posse locum habere in chymaris secundi generis.

Deinde probatur quoad primam partem. 96 Quia oppositio formalis, & vera extremon possit uenire inter extrema habentia quiditatem veram, vt constat; alioquin non esset vera oppositio; siquidem aliud non est oppositum ab ipsis extremonibus. Unde vera oppositio extremon quoad eorum quiditatem esse non potest, sed tantum quoad eorum existentiam: quia non possunt illa quoad quiditatem esse incompatibilia; cum non possint non esse ambo simul id, quod de suo quiditatib; sunt. Liquet igitur, Deum nulli chymarae esse vere, & formaliter oppositum quoad eius fidicam quiditatem. Quæ est prima pars propositionis.

Secunda autem pars per exempla ostendenda 97 est. Quia identitas ficta, quæ à nobis Deus concipi potest, identificatus cum lapide, & distinctione ficta, quæ à nobis concipi potest essentia diuina, distin-

Disp. IV. De independentia Dei in essendo, &c. Quæst IV. 105

distincta à suis intrinsecis attributis, imperfectiones præ se ferunt alienas à Deo. Iure ergo per quandam aquivalentiam censendus est Deus illis oppositus quoad earum ficticiam quiditatem. Qualiter non est censendus opponi identitati ficticiæ hominis cum equo, & distinctioni ficticæ rationalitatis à risibilitate; quia ista ficticia quiditates nullam Dei imperfectionem præ se ferunt; nec aliud adest titulus, cur Deus illis oppositus sit censendus iuxta dicta proposita. 1.

Propositio 3.

98 Deus illis chymæris est oppositus natura suā quoad earum existentiam conditiatam, quæ prout conditionē existentes aliquam Deo imperfectionem adferrent. Cæteris vero secus.

Quia Deus omni propria imperfectioni est oppositus natura suā. Cæteris autem quibusvis extremis nullam sibi imperfectionem adferrentibus de suo oppositus non est, vt constat ex doctrinā statutā proposit. 1. Sic Deus huic obiecto conditionato suā natura oppositus est, Si Deus mīhi promitteret dīvitias, non flaret p̄missis. Falsumque subinde illud est, & chymæricum ab oppositione, quam Deus habet cum existentiā conditionatā eius, vptote inferente magnam imperfectionem ipsius. Huic verò obiecto Deus non est suā natura oppositus, Si frigus existet, calcifacere. Quia, licet illud falsum sit, & chymæricum ab oppositione, quam frigus habet cum productione caloris a se ipso oriundā, eius tamen conditionata existentia casu, quod daretur, nullam imperfectionem Dei secum ferret. Et in cæteris pariter.

99 Quomodo autem cum negationibus earum chymærarum, quibus Deus aliquo ex prædictis modis oppositus est, non si Deus connexus connexione profusa intrinsecè; sed tantum semiextrinsecè. Proindeque ex eiusmodi oppositione nulla arguitur in Deo intrinsecā connexio cum aliquo distincto à se, quæst. præced. circa finem expostum est.

QV AESTIO IV.

Verū cetera cuncta distincta Deo, aut eorum aliqua intrinsecè sunt connexa cum ipso quoad suam aut ex niam, aut quiditatim veritatem. Et qua ratione.

100 Q Væstio hæc correlativa est secunda. Ob id eam adiungo.

Propositio 1.

101 Omnis creatura possibilis quoad existentiam absolutam intrinsecè est connexa cum Deo.

Propositio est certa apud omnes. Probatur primum: quia nulla creatura potest existere sine Deo dante illi existentiam tum immediatè aut per se solū, aut simul tum causâ creatâ, tum etiam mediatè, quando creatura fit à causâ crea-

tâ, quatenus à Deo vt primâ causâ omnis alia causa procedit proximè, vel remotè. Secundò: quia ex hypothesi, quod Deus deficeret, manifestè nulla creatura abolutè existet; nam sine Deo, vt dictum est, existere nequit. Quod ipsum est, omnem creaturam intrinsecè connecti cum Deo quoad existentiam absolutam. Quomodo autem ratione huius connexionis ex creaturis existentibus veniat Deus cognoscendus tantum vt unus, non verò vt triinus; tametsi connexionis sit cum Deo, prout est à parte rei; alterius est considerationis. De qua suo loco.

Modò ex propositionis doctrinā infertur, 102 multò potiori iure esse intrinsecè cum Deo connexionum quoad existentiam absolutam omnem actum cognitionis, atque volitionis diuinæ prout, dominantem Deum aut cognoscendem, aut volentem; in quocunque demum constitutæ denominatio. De quo nullum est dubium.

Propositio 2.

Omnis creatura possibilis etiam quoad 103 ad quiditatem est cum Deo connexa intrinsecè.

Hæc propositio conformis est communī Theologorum, ac Philosophorum consensui. Ei tamen se se opponunt Recentiores quidam putantes, creaturas possibiles quoad possibilitatem non intrinsecè, sed semiextrinsecè dumtaxat connecti cum Deo. Philosophantur namque de possibiliitate creaturarum, vt nos de Dei potentia ad eas causandas quæst. 2. philosophati sumus. Atque ita dicunt, vt Deus à quiditate creatura prout immuni à contradictione, semiextrinsecè denominatur potens eam cauare, ita ipsam creaturam à Deo prout habente virtutem ipsius causatiā semiextrinsecè denominari possibilem, seu potentem existere. Vnde inferunt, sicut Deus à quiditate creatura abolutus est, ita quiditatem creature à Deo ipso absolutam esse. Cæterum illatio hæc bona non est, dato quod antecedens sit verum; de quo postmodum. Quia bene stare potest, denominationem possibilis in creatura semiextrinsecè defini à Deo, & nihilominus quiditatem creaturæ intrinsecè connecti cum Deo, quemadmodum connectitur creaturæ existentia; tametsi hæc semiextrinsecè à Deo denominetur ipsi dissimilis.

Probatur ergo propositio ex doctrinā demonstrata in Phato Scient. disput. 14. quæst. 4. proposit. 17. vbi ostensum est, omnem actum, & consequenter omnem respectum, seu relationem ex suo conceptu quiditatuum cum quiditate sui subiecti, & sui termini connexam esse. Quia scilicet eo ipso, quod omnis relatio ex suo conceptu quiditatuum sit relatio subiecti ad talen- terminum præ alijs; neque hoc stare possit, quin tale subiectum, talis que terminus sint id ipsum, quod ex suo sunt cum distinctione ab alijs; (nam alias & ester relatio ad ea extrema, vt ponitur, & non ad ea; quod est chymericum); conseqens est, vt omnis relatio essentialiter exponat, vt tale subiectum, talisque terminus id ipsum sint, quod sunt, non aliud. Quod est, quiditatem omnis relationis cum quiditate sui subiecti, & sui termini intrinsecè connexam esse;

O Cum

Cum igitur omnis creatura prout absolute existens intrinsecè sit connexa cum Deo, ut proposit. I. statutum est: & consequenter entitatis, sive identicè, atque adeò quiditatè quædam relatio connexionis sit ad Deum ut ad terminum; necesse plane est, ut omnis creatura quoad quiditatem intrinsecè sit connexa cum quiditate Dei, subindeque & cum Dei existentiæ, cum qua ipsa Dei quiditas connexa est; atque ita cum Deo absolute, ut propositio nostra fert.

105 Ex qua doctrinæ vniuersaliter infertur, omnem creaturam connexionem intrinsecè cum alia quoad suam absolutam existentiam, eo ipso esse quoque connexionem intrinsecè quoad suam quiditatem cum quiditate illius. Hoc enim secundum ex illo primo sequitur necessariò.

106 Sed dicer aliquis. Multa extrema sunt inter se opposita quoad existentiam, que non sunt inter se opposita quoad quiditatem, atque adeò ex oppositione extremorum quoad existentiam oppositio eorumdem quoad quiditatem non sequitur, ut est notissimum. Igitur neque ex connectione extremorum quoad existentiam sequitur eorumdem connexionem quoad quiditatem. Concedo antecedente; negatur consequentia. Quia ex connectione extremorum quoad existentiam, non quia connexionio, sed quia quædam relatio est, infertur conexio eorumdem quoad quiditatem iuxta dicta. Cumque oppositio quædam etiam relatio sit, ex ea quidem quoad existentiam connexionio potius, quam oppositio, quoad quiditatem eorumdem extremorum inferenda venit. Sed cum discrimine. Nam connexionio quoad existentiam, utpote relatio intrinsecæ extremæ connexioni, ut supponimus, intrinsecam connectionem eiusdem quoad quiditatem cum quiditate alterius infert: oppositio vero quoad existentiam, utpote relatio semiextrinsecæ extremo opposito, qualis est semper, ut sè diximus, semiextrinsecam pariter infert connectionem eiusdem quoad quiditatem cum quiditate alterius.

107 Iam vero determinandum superest, utrum possibilitas, sive denominatio possibilis in creaturæ sit ipsi penitus intrinsecæ, vel semiextrinsecæ desumpta ab entitate Dei. Dico, duplē distingui communiter possibiliterem creaturæ. Aliam primariam, seu radicalem, seu remotam consistente in ipsa quiditate creatura prout immunita contradictione; & hæc intrinsecæ creaturæ est, eamdemque subinde connectionem intrinsecam habet cum Deo, quam habet quiditas creaturæ, cum qua re ipsa est prorsus idem. Aliam secundariam, seu proximam; & hæc semiextrinsecæ desumitur ab entitate Dei prout compote creaturam causat, semiextrinsecæque subinde, connexa est cum ipso Deo. De quo plura in Ph. ro Scient. disput. 11. quæst. 1.

108 Denique ex doctrinæ propositionis data in- fertur: omnem actum cognitionis, atque etiam voluntionis diuinæ prout denominantem Deum, aut cognoscentem, aut volentem, in quoconque deum consistat talis denominatio, intrinsecæ pariter connecti cum ipso Deo quoad quiditatem, mo multo potiori iure, quam connectuntur creaturæ.

De quo, suppositis di-
cis, nullum po-
test esse du-
biūm.

Propositio 3.

Nulla pura negatio entis seu possibili- 109
lis, seu impossibilis quoad existentiam ab- solutam, (qualem negatio pura potest ha- bere iuxta dicta in Ph. ro Scient. disput. 9. quæst. 3.) aut quoad possibilitatem est in- trinsecè connexa cum Deo.

Hæc propositio mihi est certissima; tametsi necessariò aduersetur eis Recentioribus, qui putant, negationem consistere in postu impedimento entis negati; quandoquidem omne huiusmodi impedimentum nequit non esse connexionem intrinsecæ cum Deo quoad existentiam absolutam iuxta proposit. I. Ceterum, quam falsa sit istorum Recentiorum doctrina, latè monstratum est in dicta Ph. ro Scient. loco cit. Ex probacioneque insuper huius propositionis patebit amplius.

Probatur autem primò. Quia ex hypothesi, 110 quod Deus desideret, nulla pura negatio entis desideret: quinimo tunc omnis existere necessario, & consequenter esset possibilis: quia in tali hypothesi omne ens per locum intrinsecum impossibile esset, & consequenter necessario deficiens, seu non existens, ut est notissimum. Ergo nec quoad existentiam absolutam, nec quoad possibilitatem est vila pura negatio entis intrinse- ce connexa cum Deo.

Secundo. Quia si aliqua pura negatio en- 112
tis intrinsecæ esset cum Deo connexa, negatio Dei similiter esset connexa cum tali ente, propter vniuersam connectionem contradictoriarum demonstratam in Ph. ro Scient. disput. 14. quæst. 4. proposit. 7. Benèque subinde inferetur per locum intrinsecum ex negatione Dei existentia talis entis. Quod est absurdum. Cum ex negatione Dei potius per locum intrinsecum inferatur negatio omnis entis.

Tertiò. Quia pura negatio, ut existat, 113
nullæ indiget causâ sui; cum sit mera non exi- stenda entis, nullaque causa sit requista adhuc, ut ens non existat, ut est notissimum. Igitur negatio, ut existat, non indiget Deo ut causa re- quisita sui, quemadmodum indiget creatura. At alijs titulis, cur eo indiget, excogitabilis non est, igitur nullatenus cum Deo est connexa quoad existentiam; atque adeò, nec quoad pos- sibilitatem.

Quarto. Quia nulla pura negatio entis est 114
connexa quoad existentiam absolutam cum aliquo ente distincto à Deo prout absolute existente; si quidem omnis pura negatio absque omni ente distincto à Deo absolute existente exitit ab alterno, prout fides docet, Igitur neque vila pura negatio cum Deo prout existente connexa est. Quia nullus apparet titulus, cur negatio ab omni alio ente prout existente absoluta cum solo Deo prout existente connexa sit. Quod si cum existen- tiæ Dei nulla negatio connexa est, nec cum ipsius quiditate connexa sit; quia esset contra suppositionem connexa
mediate cum existentiâ,
cum quæ Dei quidi-
tas connexa
at.

Pro-

Propositio 4.

¹¹⁴ Multæ sunt chymærae impossibilis ex suo conceptu obiectu cum Deo connexam quoad existentiam, quam quoad quiditatem. Et multæ quæ quoad neutram, sunt connexæ cum Deo. Nulla tamen est ita cum Deo quoad suam impossibilitatem, connexa, vt casu, quod Deus desiceret redderetur possibilis.

Prima pars propositionis cernitur in ijs chymærae impossibilibus, quæ in suo conceptu obiectu in volunt prædicatum creaturæ sine entis oriundi à Deo, qua ratione à Deo ipso oriundæ sunt creaturæ possibilis. A tali enim prædicto nequent chymæra illud habentes non esse cum Deo connexæ quæ, ac ab eodem sunt connexæ creaturæ possibilis. Has autem esse ab illo cum Deo connexas quoad existentiam, & quo ad quiditatem proposit. 1. & 2. statutum est.

¹¹⁵ Secunda autem pars propositionis in illis cernitur, quæ in suo conceptu obiectu neque prædictum prædicatum, neque aliud connectens ipsas cum Deo habent: quia ex conceptu suo aut sunt entia à se, aut ab alijs distinctis à Deo nullam similiter habentibus cum ipso Deo connexionem. Quod autem utriusque dicti generis sine multis, uno infinita chymærae conceptibiles, atque adeo tales habentes conceptus obiectuos, indubitate sanè est.

¹¹⁶ Denique tertia pars propositionis inde constat: quia ex hypothesi, quod Deus desiceret, per locum intrinsecum sequitur, nihil fore possibile, atque adeo vel ea etiam omnia, quæ modò sunt possibilia, impossibilia fore. Ergo nulla chymæra potest modò ita à Deo quoad suam impossibilitatem pendere, vt casu, quod Deus desiceret, redderetur possibilis.

¹¹⁷ Vnde inferes primo: quam impossibilitatem fortiorum ea, quæ modò sunt possibilia, & connexa cum Deo, ex hypothesi, quod Deus desiceret; eamdem in eadem hypothesi fortitura fore supra impossibilitatem, quam modò habent, ea, quæ modò sunt impossibilia, & connexa cum Deo: rament abest, vt possibilia redderentur: retinerent enim in dicta hypothesi totam repugnantiam, quam modò habent, & in super illam, quæ ex hypothesi defectus Dei eis proueniret: quia retinerent essentiam, quam modò habent cum omnibus ipsis annexis contradictionibus, & simul cum noua contradictione illam non retinerent. Essentia quippe quorumvis conceptuum obiectuorum ob necessitatem, quam habent, in nullâ hypothesi, quantumvis ipsis opposita, amitterentur simpliciter; sed licet, quantum est ex vi hypoth-

esi, amitterentur, ex vi tamen proprie necessitatis simul retinerentur. Tantumdemque est de ceteris, quæ annexuntur essentijs cum metaphysicâ necessitate, de alijsque, quæ quoquo modo sunt metaphysicæ necessaria. Ob id ex quaque hypothesis opposita metaphysice cuius conceptui metaphysicæ necessario implicatio contradictionis sequitur, chymæraque sibiinde aliqua resultat impossibilis.

Quod si impossibilitas impossibilium conne-¹¹⁹ xorum cum Deo retineretur in hypothesi, quod Deus desiceret, potiore viisque iure retineretur impossibilitas impossibilium non connexorum, vt latius se est notum: cum hoc tamen discrimine, quod prima simul amitteretur ex vi talis hypothesis; secunda vero fecus.

Secundo inferes: quam male Recentiores, ¹²⁰ cum quibus egimus supra q. 2. censeant, impossibilitatem necessariam eorum, quæ modò impossibilis sunt, realiter esse indistinctam ab entitate Dei; quasi à sola necessitate Dei ab ipso Deo indistincti possint euadere necessaria, quæcunque necessaria sunt, etiam quoad quiditatem. Constat enim ex dictis, eamdem impossibilitatem necessariam, quam modò habent impossibilis non connexa cum Deo, omnimodis permanfutam in hypothesi, quod Deus non esset. Impossibilitatem autem impossibilium connexorum cum Deo, & si ex vitali hypothesis desiceret, permanfutam nihil minus simul ex vi essentia eorum una cum alia impossibilitate eis accrescente ex defectu Dei, Quæ omnia argumento sunt manifesto, halce omnes impossibilitates impossibilium realiter esse distinctas ab entitate Dei; propriamque habere necessitatem quiditatiq; diuersam à Dei necessitate. De quo plura sunt scripta in Pharo Scient. disp. 10. & 11. Quæ ad rem poterunt recognosci.

Et hæc quidem dicta sunt haec tenus in praesenti quæst. de connexione, quam cetera cuncta habent, aut non habent cum Deo quoad suam existentiam, & quiditatem absolute. Ex quibus facile erit vnicuique colligere, quam illa habeant, aut non habeant quoad suam existentiam, & quiditatem conditionatum. In quo colligendo nobis modò non oportet morari.

Hic videbatur adiicienda pro complemento doctrinæ quæstio correlativa tertia de oppositione, quam cum Deo habent, aut non habent cetera cuncta à Deo distincta. Erum, quia omnis oppositio extremon necessarij est mutua, vt demonstratum est in Pharo Scient. disp. 14. quæst. 4. proposit. 5. eo ipso, quod dicta quæst. 3. determinatum est, quibusnam à se distinctis est Deus oppositus, & quibusnam non; consequenter manet determinatum, quænam distinctorum à Deo sint ipsi opposita, & quænam non. Cessatque proinde necessitas adiiciendi dictam quæstionem.